deliberatione pcedere. Et puerbiū dicit q̄ melior ē iudex lentus q̄ iudex currēs. p̄cipue q̄ iudex nō debet alligare animū suū ad vnā spēm pbacōis ut. ff. de testi. l. ij. §. eiusdē q̄ p̄cipis. Veritas em̄ pri⁹ exactissima cura inquirēda est q̄ facultas pbationū nō ē angustanda. ꝫ impinguāda. ut. C. de hereti. q̄ maleficiū. l. qm̄ i fine. Detractor etiā facit se suspectū testē. q̄ testis qui offert se ad testificādū nō requisitus a pte ē suspectus et a iure reprobatus. Extra de testi. ca°. testimoniū. Multi em̄ videntes hoīem in psecucōne q̄ odio otra aliquem adulant̄ psequēti: narrātes ei de illo q̄ plura falsa dicta q̄ fcā illi⁹ putentes q̄ addentes de prio q̄ aliter nō sapent q̄ alia die videntes eū cui adulabant̄ ee in tedio etiā ei detrahūt de quib⁹ Job. 8. ca° dr. Vos ex patre dyabolo estis. ij°. detractō est piculosa audienti. Detractor em̄ dr nōsolū q̄ detrahit ꝫ etiaz qui audit. ii. q. j. ca° Nōsolū ille reus est qui falsū de aliquo pfert ꝫ etiā is q̄ aurē cito crimib⁹ p̄bet ac̄. Racō est q̄ nemo multo audito re liberter loquit. 6. q. i. ca° ex merito. Sepe etiā cōtingit q̄ auditor fit publicator. Aliq̄n em̄ detractor scribit cedulā otinentē infamiā alteri⁹ q̄ picit eā in loco vbi inuenit̄ q̄ sic alius ifamatur: iste vocat̄ libellus famosus. Et talis ofitiens meret̄ quadruplicē penā. Primo si agat̄ criminaliter ex leges ē pena capitis. tā cōtra illū q̄ facit q̄ otra illū qui inuenit q̄ nō corrupit vel inuentū alicui reuelauit. C. de libello famoso. l. vnica. q. j. q. i. Siquis famosū libellū siue domui siue siue in publico siue in quocunq; loco ignarus reperit ā corrūpat priusq̄ alt̄ inueniat aut nulli fateat̄ inuentū. Sin vero nō statī easdē cartulas vel corruperit vel igni obtulerit ꝫ vim eaz dolose manifestaueit. sciat se quasi auctorē hmōi delicti capitali sentētie subiugandū. Diuinus inōi autē libell⁹ alterius opinionē nō ledat. hec ibi. ij°. si agat̄ ciuiliter. s. actōne iniuriaz que nō publici sed priuati iudicij otinet querelaz. C. de iniurijs. l. iniuriaz sic puniet̄ scōm iuramentū actoris q̄ taxacōem iudicis. ut Insti. de iniurijs. §. pena. ij°. si agat̄ ex Canones sic q̄ libellū famosū ofecit flagellat̄ q̄ excōmunicat̄. j. q. i. ca. Qui in alteri⁹ famā publice scripturā aut verba otumelioſa ofinxerit: reptus scripturā nō pbauerit: flagellet̄ q̄ qui eā pri⁹ inuenerit rūpat si nō vult auctoris facti cām incurrere. hec ibi. Et pōt dep̄mi cū sit graue crimē q̄ dānatione dignissimū ut dist. m. 2. j. §. nūc aūt. ij°. in foro pnali nō absoluit̄ nisi prius famā restituat. j. q. i. ca° quidā maligni spūs ofilio ac̄. cū sit excōmunicatus. ij°. detractō est dānosa fatēti. q̄ ei melius est nomē bonū q̄ diuitie multe. ff. de verbo. obligatio. l. si quis stipulatus in fine. ꝓterea nemo debz assuerare q̄ ignorat. ff. de edil̄. edic. l. si q̄s sit fugitiu⁹. §. vltī. similit̄ non debet dānari quē culpa nō aggrauat. C. de modo multaz. l. vlti. C. de pen̄s. l. sancim⁹. Detractō em̄ ē erronea. q. ois accusacō debz eē ex caritate. s. ut vitia corrigā tur. 2j. q. j. ca° p̄dest. q̄ talē accusator nō debet dici maliuolus. ꝫ benīuolus q̄ amicus. 2. q. j. nō vos iudicetis. detractio aūt p̄cedit ex p̄uitate q̄ imminicitia. q̄ publicat crimina q̄ nō pōt pbare q̄ talis nō est corrector ꝫ p̄ditor. 2. q. i. ca. si peccauerit. Et sicut stulte accusans obligat̄ ad talez penā q̄lem accusatus sustineret si in accusacōe nō defecisset. 2. q. vlt̄. ca. quisquis q̄ ca. q̄ non pbat. Sic detractor sustinebit illaz penā qua iudicat dignū illuz cui detrahit. Extra de calūniati. ca. cū dilect⁹ q̄ ista est magna fui ipsius odēnacō. Postq̄ vero mopses declarauit cōclusionē predictā ait aīe deuote. Que ego noui fideliter te docui. Sed ecce ꝫ ē sāct⁹ Thomas de aq̄no doctor noui testamēti cuius doctrina corriges viā tuā in custodiēdo p̄mones si. Ad quē astāte mopse accessit aīa deuota p fue odusionis dariori noticia. Cui sāct⁹ thomas ait. Ego ofidā tibi odusionē tuā ee veraz testimonio quadruplicis legis. s.

Legis Euāgelice.
Legis Apostolice.
Legis Canonice.
Legis Ecclesastice.

Primo testimonio legis Euāgelice Sciendū q̄ xp̄us pbauit illaz quadruplici testimonio. Primo testimonio Math. 8. ca. Attendite a falsis pphīs q̄ venīūt ad vos in vestimētis ouiū. intrinsecus aūt sūt lupi rapaces. s. detrahē do vobis in occulto. A fructib⁹ eoz cognoscetis eos. Nō pōt arbor mala fructū bonos facere q̄ detractor nō pōt de aliquo bñ dicere. Omnis arbor q̄ nō facit fructū bonū excidet̄ q̄ in ignez mittet̄. Quia detractor nō satiēs sibi osciētiā de restitucōne fame odēnabit̄ ad ignē inferni. ij°. testimonio Mar. i. ca. Ille. s. detractor cepit diffamare smonē. ita ut iā nō posset. s. diffamatus manifeste i ciuitatē intrare ꝫ foras in desertis locis esse. iij°. testimonio Luc. 6. ca. Bonus hō de bono thesauro cordis sui pfert bonū q̄ malus hō q̄ detractor de malo thesauro pfert malū. iij°. testimonio Job. 19. ca. multi discipuloz eius abierūt retro q̄ iā cū illo ñ ambulabāt. s. q̄ ei detrahebāt. Vñ ex. xij. discipulis precise septē saluati sūt. ceteri aūt dānati pp̄t peccatū murmuris q̄ detractōis q⁹ ē grauissimū peccatū. q̄ ratū. q⁹ ē p detractōez iā in mēte audientis firmatū. non pōt mūdus odisse q̄ si ille cui semel detractū ē faceret miracula sibi nō crederet̄ q̄ mūdus ipsū nō diligeret. Vñ Tullius i epīis dicit sic. difficile ē ex aīs hoīm euellere eā opinionez que semel insederit. Duo⁹ detractōis p uersitas pomit̄ in euāgelio q̄ in epīa in q̄bus notant̄ quatuor odusiones. Prima odusio. Proxim⁹ sic q̄ ad osciaz emēdet̄ ut fama eius ofuet̄. patet q̄ fama est vtilis quadrupliciter. p̄mo q̄dez ipi peccanti nō solū in tp alib⁹ in quib⁹ q̄ tū ad multa hō patit̄ detrimentū amissa fama. ꝫ etiā q̄ tū ad spūalia. q̄ p timore infamie multi a pcō retrahūtur. Vñ qñ se infamatos ospitiūt inrefrenate peccant iero⁹. Corripiend⁹ ē seor⁹ frat. ne si semel pudorē aut verecūdiā amiserit: pmaneat in pcō. ij°. debet ofuari fama fratris peccātis pter alios q̄ vno infamato alij infamāt̄. Aug⁹. in epīa ad plebē ypone ee dicit Cū de aliquib⁹ q̄ sanctū nomē pfitent̄ aliquid crimis vel falsi sonuerit vel veri

patuerit·instant·satagũt·ambiũt ut de ommib; hoc credatur·¶ 3° qua pcato vnius publicato alij prouocantur ad pcm·¶ 4° qz infamatus mitti tur alios inducere ad infamã ut solatiũ sibi sit sotios habere in infamia aut pterue defendit pec catũ suũ·Aug⁹·de sermone dñi in mõte dicit Studens correctioni pcz pudori·Forte em̃ prevere cũdia incipit defendere pcm̃ suũ q quẽ vis facere meliorẽ:facis priorem· Tamẽ ut iusti salubriter humlientur pmittit deus ut detractores linguis suis aduersus eos insurgãt·Vñ·6·q·p·capitu° Sunt plurimi qui vitã bonoꝝ fortasse ampli⁹ q̃p debent laudãt q ne qua elatio de laude subrepat pmittit omnipotẽs deus malos in obtrectatione q obiurgatõe ꝓnũpe·ut si qua culpa ab ore laudantiũ in corde nascit·ab ore vituperantiũ suffocet Hinc est etiã q doctor gentiũ Paulus se in predicatõne currere testatur inter infamiã et bonaz famam qui etiam dicit ut seductores q veraces·hec ibi·de istis detractorib⁹ dicit in epistola·Congregati sũt babilonij aduersus regẽ q dixerunt·Judeus factus est rex·Propter detractionẽ alioꝝ nõ debet iustus pretermittere bonũ opus inceptum sed psequi·Unde dicit in euãgelio·Ambulabat ihus in galileã·Similiter mihil prodest ieiunare vel orare vel alia bona facere nisi mẽs prius a detractione reuocet·de ose·distin·v·capi° mihi em̃ Judo dicit in epistola·trade nobis danielẽ·Et in euãgelio dicit·Nõ em̃ volebat in iudeã ambulare·Itẽ detractores sunt peiores raptoribus·vñ·6·q·1·capi° Peteriores q doctoꝝ vitam moresq; corrũpũt hijs qui substãtias alioꝝ atq; predia diripiũt·Ipsi em̃ ea q extra nos sũt licet nostra sint auferũt·nostriq; detractores q moꝝ otemptores nostroꝝ·siue qui aduersus nos armãtur·ꝓprie nosipos decipiũt q ido iuste infames sũt q merito ab ecclesia exclusores fiũt·Hec ibi·Propterea dicit in euãgelio·qz querebant eũ iudei·s.ad detinendũ quoꝝ detractiones ponũtur in epistola q̃ vel destruxit q draconẽ interfecit q sacerdotes occidit· Preterea nõ minꝰ periculũ ẽ alicui detrahẽ q̃p sanguinẽ fũdere·ut habet·11·q·3·ca°·Nemo pitoꝝ a prudẽtiũ putet q minus sit periculũ verbis ligua mentiẽdo q̃p manib⁹ sanguinez fundẽdo·Melius est em̃ pro veritate pati supplitiũ q̃p p adulatõne recipe bñfitiũ·hec ibi·Et·6·q·1·ca° Sũma im̃q̃tas ẽ detrahẽ atq; accusare· Vñ scriptũ ẽ·Odis q̃ detinet frem suo homicida ẽ et odis homicida nõ habet ptem̃ in regno dei·hec ibi·Et de pen̄·distin·1·ca·Homicidioꝝ vero tria genera esse dicebat btus Petrus q penã eoꝝ parilẽ fore docebat·Sicut em̃ homicidas interfectores fratꝝ·ita detractores eorũ eosq odiẽtes homicidas eẽ manifestauit·Quia q q occidit q q odit frem̃ suũ q q detrahit ei pariter homicida eẽ monstrat·hec ibi·ꝓterea in epistola 8i·Interfitiem⁹ tea domũ tuã·Et in euangelio 8i·Interficere·¶ Secũda cõclusio·Bñdict⁹ adulator magis dẽt vitari q̃p maledictus detractor· Patz qz sicut detractor ẽ q detestat bonũ·sic adulator ẽ q extollit vltr̃ q̃p dẽt bonũ vel malũ alteri⁹

Tria em̃ sũt ut ait Amb·q vitare dem⁹·primo io q8 tedit ad iniuriã dei·2° id q8 cedit ad turpitudinẽ sui·3° id q8 cedit in damnũ primi·Ratione pmi debet cultari pcta mõlia·aliqñ etiã bõ ex q̃b⁹ sequit iniuria dei·puta correpõ primi si efficiat peior ex illa vel si blasphemaret deũ·Ratõe secundi dñt vitari cãe pcti ex q̃b⁹ verisimiliter pcm̃ timet fieri ei honor·cib⁹·diuitie ac̃·Rõne tercij dñt vitari ea q̃ plet causã ruine primo:p cipue illa q facilit ipm fatiũt cadẽ in pcm̃·sicut infamatõ·detractio primi·Adulatio aũt magis tedit ad hoc ut primus ofcat in malo·q ut mẽs ei⁹ affitiat ad inanẽ gliaz q pot fieri triplicit·pmo rõne materie· puta cũ q̃s laudat alicui⁹ peccatũ·hoc aũt otrari atur dilectioni di q ẽ ad dei iniuriaz q̃p malũ laudetur q ad iniuriaz primi q̃ i pcto fouet·2° rõne intentõis·puta cũ q̃s adulat alicui ut ei fraudulẽter noceat·vel corpaliter vel spualiter· puer·2A·c· Meliora sũt vulnera diligẽtis q̃p fraudulẽta oscula odientis·3° ratõne occasiõis peccãdi·puta cũ laus adulatõis sit alteri occasio peccãdi etiã pẽ adulatoris intentõez·vñ sup illud ps·oleũ autẽ pctoris nõ impinguet caput meuz·dicit glo·Sal sa laus adulatoris mẽtes a rigore veritatis emollit ad noxia·Dus ei nocet adulator q̃p detractor· vñ sup illud ps·ouertant statim erubescẽtes dicẽ glo·Plꝰ nocet lingua adulatoris q̃p gladius pse cutoris·qz i potioribꝰ bis·s.spũalibꝰ nocet·Jdeo dr̃i euãgelio·q ꝓpinq̃ xpi q dicebãt frẽs eiꝰ:volebãt eũ inducẽ ut iret ad festũ cũ eis·ꝫ talẽ adulationẽ replrndit xps dicẽs·vos ascẽdite ac̃·Et i epla dr·videns autẽ rex q irruerẽt in eũ ac̃·vbi notat excessus detractõis q̃ quit otristatõem primi·¶ Tertia oclusio·Nom magis sũt odio mali q̃ mali sint odio bis· Ptz qz sup illud Matth· 7·c· Audistis qz dictũ ẽ ãtiq̃s ac̃·dicẽ q tria sũt in hoie q̃ pñt diligi vel odiri·pmũ ẽ natura bis·secũdũ ẽ opacõ q actꝰ eiꝰ· Tertiũ ẽ vtrũq;·s.natura q opacõ eiꝰ·pmũ nõ dz odiri a bono viro·qz ẽ creatura dei q ut sic sp bõ ẽ bonꝰ q diligẽdꝰ·secũdũ pot odiri a bono viro·qz pcm̃ q mala opacõ bis sic odit a do·ps·iiq̃s odio habui·Diligit ei deus q8 ẽ suũ·s.naturã nram q odit q8 ẽ nrm·s.vitiũ· Tertiũ aũt odiri ñ pot a bono viro·Malꝰ ãt odit bonũ viz in q̃tũ ẽ bõ q bõ opa eiꝰ q sit q seorsum Et sic qz bonꝰ ñ odit i malo misi vnũ·s.defectũ·malus aũt odit in bono duo·s.actũ bonũ q naturaz bonaz:ꝓterea malus plus odit bonos q̃p bonus malos·Jdo dicit in euãgelio·vt autez ascenderũt fratres eius ac̃·Et de odio malorꝝ dicta bonos dicit in epistola·Qui miserũt danielẽ in lacũ leonũ ac̃·Cui tamẽ deus mirabiliter prouidit per Habacuch pphaz ferentẽ ei cibũ ac̃·¶ Quarta oclusio Nõ minꝰ peccat detrahẽtẽ audiẽs q̃p ipe detrahens· Ptz qz bõ pot eẽ cã pcti alicui⁹ duplicit·vno mõ directẽ·s.qñ q̃s iducit aliũ ad pcm̃ l ei placz pcm̃ Alio° idirectẽ·s.qñ ñ ẽsistit pcto cui tñ ẽsistẽ possit· Siq̃s g inducat aliquẽ ad detrahẽdũ vel placeat ei detractio ꝓter odiũ ei⁹ cui detrahit·nõ minꝰ peccat q̃p detrahens·pmo aliqñ magis·Nõ·1·ca°

digñ sūt morte nō solū qui faciunt sed etiaz qui
facientibus cōsentiunt Extra de regu iuris libro
6 Agentes a ꝺsentētes par pena cōstringit Et
Bern detrahere aut detrahētē audire: quid hoz
sit dānabilius: nō facile dixerim Si vero peccatū
detractionis nō placeat ꝫ nō resistit detrahenti
vel ꝓpter reuerētiam detrahentis vel negligētiaz
audientis vel ꝓpter timorē peccat quidem ꝫ min9
ꝙ detrahens qñqz mortaliter si ex officō sibi incū
bat detrahētem corrigere vel ꝓpter aliquod peri
culum ꝺsequēs vel ꝓpter racionē timoris humani
qñqz venialiter qz nō semp debet aliquis resistē
detractori arguēdo eum de falsitate maxime si sci
at verum eē qđ dicitur ꝫ debet eum verbis redar
guere de hoc ꝙ peccat fratri suo detrahēdo vel sal
tem oñdere per tristitiam faciei ꝙ detractō sibi dis
pliceat puer 27 ca° Vētus aquilo dissipat pluuias a facies tristis linguā detrahentē ideo in epi
stola dicitur ꝙ rex videns Danielez indignatus em
a innocentem qz ei ex officio incūbebat: detracto
res qui perdicōnis eius causā fuerāt intromisit i
lacum a devorati sunt in momento Et in euange
lio dicitur ꝙ pharisei a scribe fuerūt reprehēsibi
les tanꝙ detractores a alij iudei qui ipōs libenter
audiebant a nō resistebāt Quidā em dicebant
quia bonus est alij autem dicebāt nō ꝫ seducit
turbas ac̄

Secūdo declaratur eadem ꝺclusio testimonio
legis Apostolice et hoc quadrupliciter Pri
mo btūs Petrus 1 epistola 2 ca° dicit Conuer
sationem vestrā inter gētes habētes bonam ut i
eo ꝙ detractant de vobis tanꝙ de malefactoribꝰ
ex bonis opibus vos cōsiderātes glorificēt deum
in die visitatiōnis Et 3 ca° dicit Nō reddētes ma
lum ꝓ malo vel maledictū ꝓ maledicto ꝫ econtra
rio benedicentes qz in hoc vocati estis ut benedi
ctionē hereditate possideatis Qui em vitam vult
diligere et videre dies bonos: coherceat linguam
suam a malo a labia eius ne loquātur dolum de
clinet autem a malo a faciat bonum inquirat pa
cem et sequatur eam hec ille

2° beatus Paulus
Roma p ca° Tradidit illos deus in reprobū sē
sum ut faciant ea que non conueniunt repletos
omni iniquitate malitia cōtencōe dolo maligni
tate fusurrones detractores deo odibiles ꝺtume
liosos inuentores malorum absqz federe sine miseri
cordia Qui cum iustitiam dei cognouissent nō in
tellexerūt qñ qui talia agūt digni sūt morte hec
ibi Et Galat 5 ca° dicit ꝙ si inuicē mordetis a co
medetis: videte ne ab inuicem ꝺsumamini Qz detr̄
ctor aliquando ꝺmedit patrem suū vel matrē spi
ritualem Ezech 10 ca° dicit dominus ad ihrusa
lem Ecce patres comederunt filios suos in medio
tui a filij comederūt patres suos Et Jere 19 capi
Vnusquisqz carnes amici sui comedet Detractor
em in quadragesima comedit carnes nō animaliū
ꝫ hominū Vnde quidam abbas dixit in vitas
patrum Melius est comedere carnes a bibere vinuz
ꝙ comedere in vi tupacōne carnes fratrū Est em
detractor pei or lupis humanarijs q̄ punt animali
bus siue spetiei cum lupus nō māducet carnes lu
pinas detractor vero nō petit carnibus humais
Job 19 ca° Quare ꝑsequimini me sicut deus a car
nibus meis saturamini

3° btūs Jacobꝰ 3° ca
dicit Si quis in verbo nō offendit ꝫ pfectus est
vir potest etiā freno circūducere totū corpus si
aūt equoz frenos in ora mittimus ad ꝺsentien
dū nobis a oīe corpus illoz circūferimus Et ec
ce naues cū magne sint a a ventis validis mine
tur circūferunt aūt a modico gubnaculo vbi im
petus dirigentis voluerit ita a lingua modicum
quidez mēbz est a magna exaltat Ecce quāt9 ig
nis ꝙ magnā silvā incēdit a lingua ignis ē vni
uersitas iniquitatis Lingua ꝺstituit in membris
nostris que maculat totū corpus a inflāmat to
ta natiuitatis nostre inflāmata a gehēna Omnis
em natura bestiarū a volucrū a serpentū a cetero
rū domant a domita sunt a natura humana Lin
guā aūt nullus hoim domare potest Est em inq̄e
tū malū plena veneno mortifero hec ille

4° bea
tus Johes Apoc 9 ca° dicit Aperuit puteū abyssi
a ascēdit fumus putei sicut fumꝰ fornacis mag
ne a obscuratus ē sol a aer a de fumo putei exie
rūt locuste in terrā a data est illis ptās sicut ha
bent ptātem scorpiones terre a cruciatus eoz ut
cruciatus scorpij cū percutit hoiem hec ibi Nā detr̄
ctor apit linguā ad diffamacōez que est fumus
obscurās viros spūales a carnales a generātur
locuste a credētes qui in fatiē blādiuntur a retro
seu occulte pungunt Difficile em est euadere lin
guas detractoz a adulatoz ut satis ptz

Tertio declarat eadē ꝺclusio testimonio legis
Canonice a hoc quadrupliciter ꝑmo qz bo
nū est a detractōe linguā custodire qñ tales cun
cta que de alijs loquēt sua sētentia iudicabunt
vñ 6 q 1 ca Et merito Et sic Caueat vnusquisqz
ne aut linguā aut aures habeat prurientes a ne
aut alijs ipse detrahat aut alios detrahētes au
diat Sedens inquit aduersus fratrē tuū loqbā
ris detrahendo a aduersus filiū matris tue po ne
bas scandalū Parcāt singuli detractōni lingue
custodiātqz sermones suos sciātqz qz cūcta q̄ de
alijs loquētur sua sētentia iudicabūtur hec ibi

2° qz detractor seipsū excecat vñ 11 q 3 ca Inter
verba Et sic Quid em aliud detrahētes fatiūt ni
si ꝙ puluerē sufflāt a in oculos suos terram exci
tāt ut vnde puluerē detractōis pflāt inde magis
nil veritatis videāt hec ibi ps Induāt qui detra
hūt mihi pudore a opiant sicut diploide cōfusio
ne sua

3° qz qui facilis est ad detrahendū non
admittit ad accusandū vel testificādū Vñ Et 3
q 8 ca Detractores qui diuina auctoritate era
dicādi sunt a auctores inimicoz ab ēcclia submo
uemus accusacōe vel testimonio hec ibi Et q 7
ca Nullus seruus nullus libtus nullus infidꝰ
nullꝰ crimibꝰ irretitus nullꝰ calūniator nullus
qui inimicicijs studet nullꝰ frequēter litigās et
ad accusandū vel detrahendū facilis nulla infa
mis ꝑsona vel oēs quos ad accusanda publica
crimina leges publice ñ admittūt epōs accusare

permittantur·hec ibi· Quia sacerdotibus qui po
pulo benedicunt non est detrahendum·Unde·6·
q·1·capitu° Sacerdotes qui proprio ore corp⁹ do
mini confitiunt ab ommibus sunt audiendi a ti
mendi·non dilacerandi aut detrahendi·quia a
quibus se dominm populus benedici saluari et in
strui cupit·nullatenus eos debet arguere nec vul
gus in eorum accusationē suscipi ac¯ ¶ 2° quia de
tractor nisi se correxerit a iudicibus flammis exu
retur Unde·2·q·1·capitu° Accusatio dicitur sic·si
detractores quorumcūq grauiter vindicantur a
in pdicōmis laqueū cadūt·multomagis lacera
tores a detractores atq accusatores famulorum dei
dānātur a in baratrū nisi se correxerint a per eorū
satisfactionem condignam egerint penitentiam
indubitanter cadunt a vindicibus flammis ex
uruntur·hec ibi·Sed detractor dicitur nonsolum
ille qui alijs detrahit·sed etiam qui detrahentes
audit· Unde·11·q·3 capitu° Nonsolū ille reus est
qui falsū de alio profert·sed etiā is q̄ aurē cito crimi
nibus prebet·hec ille·Periculosum est itaq detra
here aut detrahentē audire ac¯·

QUarto declaratur eadē cōclusio testimonio
legis Ecclesiastice a hoc quadrupliciter· ¶ p̄
mō btūs Greg· ut habetur·11·q·3·capi° Inter verba
laudantiū siue vituperantiū ad mentē recurrendū
est et si in ea nō inuenitur bonū qđ de nobis dici
tur·magnā tristitiā generare debet a rursū si in ea
nō inuenitur malū qđ de nobis homines loquen
tur in magnā debem⁹ letitiā prosilire·q̄ si nō om
nes laudāt a conscientia liberos nos demonstrat:
habem⁹ Paulū dicentē·Gloria nostra hec est te
stimonium cōscientie nostre· Jobq̄ dicit Ecce in
celo testis meus·Si ergo est nobis testis in celo
testis in corde·dimittam⁹ stultos foris loqui qđ
volunt·hec ibi· Et lib·12·moraliū dicit·Per salo
monē dicitur·Noli eē in conuiuijs potatorū neq̄ co
medas cū eis q̄ carnes ad escēdū offerūt·carnes
ad escendū offerre ē in cultu dei nō derogatōmis
vicissim primo vitia dicere·hec ille· ¶ 2° btūs Je
rom⁹·in epistola ad celantiam dicit·Nulli vnq̄
omnino detrahas a alioꝝ vituperatōne te lauda
bilez videri velis·Magis tuā vitā ornare disce q̄
alienā carpe·Memor esto scripture dicētis·Noli
diligere detrahere ne eradiceris·Pauci em̄ sunt q̄
huic vitio renūtiāt· Raroq̄ inuenies qui irrepre
hensibile vitā suā exhibere velit·ut is nō reprehē
dat alienā·tantaq̄ hmōi mala libido mētes ho
minū inuasit·ut etiaz qui p̄cul ab alijs vicijs re
cesserint·in istud tū quasi in extraneū laqueum
diaboli incidāt·hec ille· ¶ 3° btūs Amb·lib·de pa
radiso dicit· Bilinguis serpens habet atq letale
eo q̄ diaboli ministet aliud lingua loquat·aliud
corde medit̄·hec ille· ¶ 4° btūs Aug⁹·i glosa su
p illud ps̄·Pro eo ut me diligerent detrahebant
mihi dicit·Plus nocēt in mēbris detrahentes cri
sto·q̄ amās credito⁹ interficiūt q̄ p̄ q̄ eius carnē
mox resurrecturā peremūt·hec ille· Deinde em̄ est
detractor q̄ xp̄i crucifixor·ut p̄tz· ¶ Quia vero pec
cato lingue atq detractionis·4o·modis peccam⁹
ideo·4o·diebus abstinem⁹ a ieiunam⁹· ¶ Primo
simulatione·s·dū detractor simulat a fingit dili
gere illū cui detrahit· Unde Bern̄·sup cantica ser
mone·23·dicit sic·Detractores aūt quodā simu
late verecundie furto otemptā maliciaz quam teti
nere nō p̄nt adumbrare conantur·Videas a de
tractore alta premitti suspiria·siccq̄ cū quadā gra
uitate a tarditate vultu mesto·demissis sup cilijs
a voce plangēti egredi maledictōnē a quidē tāto
p̄suasibiliorē·quāto credit ab hijs qui audiunt
corde muto a magis dolentis affectu q̄ malitio
se p̄ferri· doleo inq̄t vehemēter pro eo q̄ diligo
eū satisfa nūq̄ potui de hac re corrigē eū et alias
in quidē bn̄ optū fuerat de eo istud·s̄ p me nūq̄
innotuisset· At qm̄ p alterū patefacta res ē·verita
tē negare nō possum·Reuera ita est·hec ille· Gra
uis est iste modus detrahēdi· ¶ 2° corruptōne· Nā
sicut sepulcrū recipit qđlibet corpus quātumcū
q̄ putridū a si nō daudit exalat magnū fetorē
a corrūpit aerē a inficit circūstantes psonas·sic
mens detractoris est sepulcrū plenū spurcitia q̄
recipit delectabilit̄ mala alioꝝ a ligua ei⁹ exalat
fetorē p detractionē·vn̄ ostingit corruptō circum
stantiū p leuitatē credulitatis a p̄cipue femineaꝝ
q̄ habēt odio illos cōtra quos dicit·vn̄ Jerom⁹·
in epla ad nepotianū dicit·Caue ne aut linguā
aut aures habeas pruriētes·vā ne ipse alijs detra
has aut alios detrahētes ac¯· ¶ 3° stimulatōe· Nā
detractor corrūpit auditores p scandalū·q̄ pp̄
fragilitatē interdū stimulantur ad malū exēplo
alioꝝ vel ad excusatōem suoꝝ vitioꝝ·ut dr·eccl·
Vitabit correptōem a iusta voluntatē suā inueni
et opatōem·s·dicēdo:tal a tūtus hō sic ppetraut
a hoc p̄cedit ex iuidia a malignitate ātiq̄ hostis
Vn̄ Hugo de sācto victore dicit·detractio est lo
cutio ex inuidia p̄cedēs·bona alioꝝ demigrās ac¯·
¶ 5° delectatōne· Nā detractor corrūpit auditores
p otentamentū·q̄ otētat audire mala primorū
a si ratōne deliberata placet eis audire mala alio
rū:peccāt mōliter·Vn̄ Bern̄·libro de cōsideratōe
dicit· detractor a libēs auditor vterq̄ diabolū
portat in lingua ac¯· ¶ 6° dissimulatōe· Nā audito
res detractōmis qui nihil dicūt cū deant reprehen
re detractores:p̄cipue si eis ex officō incūbat:pec
cāt mōliter·licet eis displiceat audire·s̄ dēnt fugē
aut corrigere detractorē·vn̄ glō·sup illud p̄uer·
27·ventus aq̄lo dissipat pluuias dicit·Si hilari
vultu detractorē audieris tu illi das formā detra
hendi·Si vero triste ut ait quidaz·discat nō liben
ter dicere qđ dicitur nō libēter audiri·hec ibi·
difficilez oportet habere aurē ad crimina· ¶ 7° ma
lignatōne· Nam detractor ostendit interdū dice
re defectus aliorum sub spē caritatis ut detrahat
a incipit interdū benedicere ut sibi credatur·idō
assimilatur serpenti·quia sicut serpens pascitur
terra·sic detractor defectib⁹ alioꝝ·sic serpēs ē tor
tuosus·sic detractor·sic serpēs subito declinata de
torq̄t viā quā ābulat sic detractor dū incipit bn̄dicē
detorq̄t viā a incipit detrahē·ps̄·Draco iste quez
formasti ad illudēdū ei·vn̄ Bern̄·i q̄dā sm̄one dic

Nūquid nō vipera est lingua detractoris ferocissima. ꝯ Plane mimꝫ q̄ tā letaliter infitiat flatu vno. Nūquid non lancea est lingua ista. ꝯ profecto acutissima que tres penetrat ictu vno. hec ille. s. detrahentē. audientē. ⁊ eū cui detrahit ps̄. Lingua eoꝝ gladius acutus. Et iterū. Quia exacuerūt ut gladium linguas suas. intenderūt arcū rem amaraz ut sagittēt in occultis immaculatuz ac̄. ¶ 4° inserit cōne. s. cū quis detrahit alteri per cātilenas vel sonetos vel cedulas quas ponit in loco publico ad infamiaz alterius et vocātur libelli famosi. ⁊. q. p̄. p totum. Unde valerius episcopꝰ in quodā sermone dicit. inuenimꝰ multos aliquotiēs vno atq; eodem sermone dulcibꝰ verbis venena miscere. ⁊ fictis pacis blandiciis litiū pugnas introiē Quid istis infelitius quid periculosiꝰ eē pōt. ꝯ Fallacis lingue studio vite insidiātur aliene. hec ille. ¶ 8° intencōne. s. cū quis dicit malū de altero false ⁊ sciēter vel etiam quādo nescit an sit verꝫ cū intētione ut tollat famam primi vel etiam si absq; intentione infamādi diceret dūmodo sit maluz notabile ⁊ sic peccat mortaliter. Unī Cassiodorꝰ sup ps̄ dicit. Dentes dicti sūt a demēdo. ideo pulchre lingue detrahentiū dentes vocātur q̄ sicut illi cibū partes demūt. ita ⁊ isti opiniones hominū corrodūt. hec ille. Nam detractor est qui bona primi q̄tū potest minuit et cōterit suis sermonibꝰ. ¶ 9° addicōne. s. cū quis nō incipit dicere malū de alio si addit. tunc em̄ mortaliter peccat ⁊ tenetur restituere famā. sicut p̄cipalis detractor. Unī Jeroꝰ in epistol' dicit. Uitiū sane hominū est ⁊ suā laudem querētiū alios viles facere. q̄ alteriꝰ vitupratiōne se laudari putāt. quī et si suo merito placere nō p̄sūt. placere volūt in cōparatiōne peioꝝ. hec ille. dicūt em̄ de tali facto aut dicto talis pleraq; audiui. nec tamē credidi. quousq; ego perscrutās oculis meis vidi ⁊ maiora hoꝝ ac̄. ¶ 10. revelatiōe. s. cū quis dicit malū alteriꝰ ⁊ cū veritate. tamen q̄ p̄dm̄ eius ē occultū detractor revelat hoc fine: ut ille infameť ⁊ sic peccat mortaliť. Unī dicitur. ⁊. q. ⁊. ca. Qui ambulat fraudulenť revelat archana. qui aūt fidelis ē celat amici omissuz. Verba i pioꝝ insidiātur sanguini. Et. q. 6. ca°. delatori à lingua capuleť aut cōuicto caput amputeť. delatores sūt qui inuidia prodūt alios. hec ibi. Qui custodit os suū nō leuiter apiēdo custodit animaz suā ut cōstat. ¶ 11° manifestacōne. s. cū quis dicit aliq̄d malū notabile et excessiuū de aliq̄. licet nō ad finē diffamādi illū. tūc peccat mōliter si alijs erat occultū. q̄ manifestauit q̄d priꝰ nesciebať. Unī. 2. q. p̄. ca° si peccaueit dicitur sic. Quia enim secretū fuit quādo in te peccauit frater tuꝰ: secretū quere cū corrigis q̄d peccauit. Nam si solus nosti q̄ peccauit in te ⁊ eū vis coram ommibꝰ arguere nō eris corrector erroris sed p̄ditor. Ipa corripiēda sūt secretiꝰ q̄ peccāť secretiꝰ ac̄. ¶ 12. vindicacōe. s. cū q̄s accusat vel denūtiat crimē alteriꝰ in iudicio. nō ratiōne iustitie sed liuore vindicte: peccat mortaliter Unī Bern̄. in quodā sermone dicit. Leuis quidez sermo q̄ leuiter volat. sed grauiter vulnerat. leuiť trāsit. sed grauiter vrit. leuiter penetrat aīm. sed nō leuiter exit. leuiter profertur. sed non leuiter revocatur. facile volat. ideo facile caritatem violat. hec ille. ¶ 13° deprauacōne. s. cū quis audiendo bonū alterius dicit hoc non eē verū. sed deprauat bona illius. sicut fecerūt pharisei de xpō. Joh. 11. ca. Dixerūt pontifices ⁊ pharisei ad ministros. Quare nō adduxistis illum. ꝯ Responderunt ministri. Nūq̄d sic locutus ē homo. sicut hic homo loquiť dixerunt & eis pharisei. Nūquid ⁊ vos seducti estis. ꝯ Nūq̄d aliquis ex principibꝰ aut ex pharisei credidit in eū. ꝯ Sed turba hec que nō novit legez maledicti sunt. scrutamini scripturas ⁊ videte q̄ de galilea nō surget. hec ibi. Et Bern̄. in quodā sermone dicit. Si pauper es vilem ⁊ abiectū te reputat. si dives ambitiosū auarū ⁊ cupidū. si affabilis dissolutū. si predicatorꝰ vel doctorꝰ honoris ⁊ favoris humani quesitorē. si tacens mutilez. si iciunās ypocritā. si comedēs voratorem. hec ille. Ecce quāta boīm prauitas ac̄. ¶ 14. inductōe. s. cū q̄s dicit bonū alteriꝰ corā mimico illius ⁊ ut ipsum inducat ad detrahendū illi. unde Cassiodorus sup illud ps̄. Dixi custodiaz vias meas. dic̄ sic. Quis em̄ hominū sic cautus est ut si inter emulos loq̄tur nullū verbū eius incurrat aliquā questiōez Nam mēti furore ebrie omne qd̄ rectū dicit pūsum videť. Difficilis res est linguā in lubrico fantium ostituta veritatis rigide tenere mensuraz cui si incaute frena laxentur frequēter extra se loquitur Facilius em̄ culpa tacendo refugiť. q̄ loquēdo. Salomō dicit. Ori tuo facito hostiū ⁊ serā ⁊ verbis tuis iugū atq; staterā. hec ille. ¶ 15° puersione. s. cū quis dicit bonū alterius. sed mala intēcōne illud fecisse. puta pter vanā gloriā vel ypocrisim. unī Crisoꝰ. li°. 1. de compunctione cordis dicit. Ubi amicitia pmanet mihil facile creditur mihil facile accipitur q̄d dissidiū possit operari. Si vero inimicitie semel occupauerīt animos oīa que fiunt que dicuntť ita accipiūntť ita intelligūtur. ut ad maiores ⁊ longiores p̄fitiāt inimicitias. Si quid ei bonum dicatur de inimico non creditur. Si quid autē male hoc solū creditť ⁊ confirmatur ac̄. ¶ 16° amissione. s. cū quis diffamat alterū. ut p̄dat creditum in ciuitate ex quo despicitť. nec inuenit volentes sibi dare ad lucrādū. Talis em̄ tenetť sibi restituē fama. unī Hugo. li° 2° de anima dicit. Lingua dicitur q̄ lingit a dulando. mordet detrahendo. occidit mētiendo. ligat ⁊ ligari non potest. sed labiť ⁊ fallitť. labiť ut anguilla. penetrat ut sagitta. tollit amicos. multiplicat inimicos. mouet rixas. semināt discordias. vno ictu multos percutit ⁊ interficit. blanda est ⁊ fubdola. lata ⁊ pata ad exhauriendā bona ⁊ miscenda mala Qui custodit linguā suā custodit animā suā. qm̄ mors ⁊ vita in p̄tate lingue sunt posita. hec ille. ¶ 17° subuersiōe. s. cū primus diffamatus est occasio ruine multis qui prius regebātur suo consilio. dicunt ei nos estimabamus talem esse virum bonum. deceps non confidemus de eo ⁊ sic dimittūt plura bona q̄ fatiebant. Restituēda est ḡlli fama bona. sed neq;

debet infamia facile credi. Vñ. 11. q. 3. ca° in cuiclis dicit sic. Nimie leuitatis est si quis mala grauia credere studeat que pbari nō possunt a sanctitas vestra debet mentē suaz a maledico cū hominū cu moribus atqz obtrectacōibus diuungere a sola que interne vite sūt atqz ad vtilitatez primorum pfitiunt cogitare. hec ibi. Absit a nobis infamia

¶ 18° excecacōne. Nā quia homo letatur in sententia oris sui. puer. 17. capitu° Inde est q ille qui detrahit incipit magis amare q8 dicit a credere et p osequens primū magis odire a sic magis recedere a cognicōne veritatis. Ideo excecacōem mentis inducit a suadet alijs ut primum odiāt atqz odemnant. ¶ 19° predicacōne. s. cum quis detrahit predicatori veritatis. vnde Aug⁹. in epistola ad pletē ponensē dicit. Cū ipsaz scripture veritatez criminari aut obscurare nō possunt: hos p quos predicatur inducūt in odiū. de quibus effingere quicquid in mentē venerit possunt. Vnde iā apostolice pdicie tempus vester instare. Erit em tempus cū sanā doctrinam non sustinebunt. sed ad sua desideria co. sibi. m. p. au. ac. ¶ 20. auditione. Nā cū quis pcipit te delectari alioz detractionibz ut tibi magis cōplaceat magis detrahit. Vnde Jero⁹. in epistola ad rusticū monachū dicit. Nō minus auribz q̄ lingua fugias detractionez. Nam detractor dum te videt non libenter audire nō facile potest detrahere. Et sicut sagitta si mittat contra durā materiā nō nūq̄ in mittentē reuertitur a vulnerat vulnerātem. ita detractor cū tristez faciem viderit audientis. ymo nō audiētis sed obturātis aures suas ne audiat sanguinē ilico conticescit. pallet vultus. hrent labia. salina siccat hec ille. Fugiēda est ergo detractio ¶ 21. preuaricatione. Nā fidei xpiane a auctoritatis sedis apostolice statuto cū preuaricatores sūt infames qui ut preuaricacōem suā defendāt: illis detrahūt sicut in dei cristiani effecti a fidem xpi abnegātes detrahunt eidē. Vnde. 2. q. 1. capitu° alieni dicit sic In fames omnes eē censem⁹ qui suā fidē aut xpianā legē preuaricātur. aut apostolicaz vel regularē libenter postponūt auctoritatez. Et capi° nō potest dicit sic Judei ergo qui dudū xpiani effecti sunt a nūc in xpi fide preuaricati sūt ad testimoniū dicē dum admitti nō debēt. q̄uis eē xpianos se annutiēt. qz veritatis a se fidē abiecerūt. hec ibi ac. ¶ 22° obstinacōne. s. cū aliquis detrahit altei ut obstinatius a liberi⁹ peccet. vñ. 6. q. 1. ¶ vez hac auctoritate dicit sic. Capite langescēte facilius reliq̄ corpis membra infitiūtur. sicut scriptū est in Isaya. Omne caput languidum a omne cor merēs a planta pedis vsqz ad vertice nō est in eo sanitas a subdito vsqz ad prelatum. Quapter manifestū ē dyabolū qui sicut leo rugiēs circuit querēs quē deuoret cordib⁹ plebiū suadere ut doctorib⁹ atqz pastoribus suis detractiones irrogēt vel accusent ut plebes langescētes nō tenentib⁹ pastoribus frena earū lasciuiāt atqz in pma ruāt ut saltim sic piditari possint. hec ibi. Magna em ē ista verutia impediēs fraternā correctōem. ¶ 23° con

tiersacōne. s. cū quis mala sua uersacōne detrahit alteri bone uersacōis qui nō ē audiendus. Vñ. 2. q. 1. capi° Pagani vel hereticī siue iudei nō possunt xpianos accusare aut vocē infamacōnis inferre. Vñ generaliter colligitur q in accusatione qualitas fidei uersacōnis inter accusātez a accusatū semp ꝛsideranda est. ut is qui accusat vel par vel superior inueniat. hec ibi. ¶ 24° corruptione. s. cuz quis est symonia corruptus: infamis efficit. Vñ. 17. q. 1. ca° Sane quisquis hāc sāctaz ueneranda antistitis sedē pecunie interuētu subisse. aut siquis ut alteꝝ ordinaret vel eligeret alicui q̄d accepisse detegit: ad instar publici criminis a lese maiestatis accusacōne ꝓposita a gradu sacerdotis retrahat. nec hoc solū dēmeps honore priuari. sed pretuecz infamie dānati decernimus. ut facinꝰ par quos cōmānat a equat: vt roqz simulis pena comitet. hec ibi. Item habet. C. de epis. l. si quē q̄. Et i autētica de sācdissimis ecclesijs. ¶ 25° pollucōne. Naz incestuosi a polluti efficiūtur infames a alios accusare nō possunt. vñ. 3. q. 4. ca°. osanguineoz dicit sic. Qis incesti macula pollutus infams ē a accusare nō potest. Nō solū ꝑ hij pellēdi sūt a infames efficiūtur. ꝙ etiā oēs eis osentientes. Similit de raptoribꝰ vel eis q̄ seniores impetrūt fieri cēsem⁹. Nos em leges seculi interficiūt sed nos misericordia precūte sub infamie nota ad penitētiaz recipim⁹. hec. ibi. Tales em a si alijs detrahāt: sic se palliāt. ¶ 26° furfurracōne. Nā furfur vo a detractor malū de primo dicē occulte. Vñ sup illud Ecci. 7. capi° nō appelleris furfurro dicit glosa. detractor. Sz detēctor intēdit demigrare famaz primi cū illa mala pcipue de primo pferat ex q̄ bꝰ infamari possit vel saltē diminui eiꝰ fama. Sufurro aūt intēdit amicitiā separare. vñ glō. sup illō Rō. 1. furfurrones detractores dicit. Furfurrones inter amicos discordiā seminātes. detractores qui alioz bona negant vel minuūt. Et puerb. 26. capi° dr. Furfurrone subtracto iurgia oqescūt. vñ furfurro talia mala pfert de primo que possint omouere cōtra ipsū animū audiētis. Eccī. 28. ca° Vir peccator turbabit amicos a in medio pacē habitū immittit inimicitiā. iō furfurro inq̄ tū dicit malū de alio dr illi detrahere ac. ¶ 27° grauacōne. Nā furfuracō est grauis pctm q̄ detractō. qz maiꝰ nocumētū infert primo. qz melior est amicus q̄ honor a amari q̄ honorari. ut dicit. 8. ethicoz. Sine amicis em nullus viuere pōt. Eccī. 6. ca° Amico fideli nulla ē opacō. Fama aūt q̄ tollit p detractionē ē necia ut hō ydoneus ad amicitiā habeat. iō furfuratio ē maius pctm q̄ detractio. Et. 7. ca° Denotatio pessima sup bilinguē. furfuratori aūt odiū a inimicitia a otumelia. Et Jacobi. 4. ca° dr. Nolite detrahere alteruꝝ frēs mei. Qui detrahit fratri. aq̄ iudicat fratrē suū: detrahit legi a iudicat legez Si āt iudicas legē nō es factor legis sz iudex. Vnꝰ ē em legislator a iudex q̄ pōt pdē a liberare. Tu āt qs es q̄ iudicas primū tuū. hec ille. nā ille q̄ detrahit frī itēnū videt detrahē legi iq̄tū otemit pceptū de dilectōne proximi otra q8 directi⁹ agit furfurro

qui amicitiã disrumpere mitit ꝙ ẽ peccatũ ꝺtra ꝺeũ qui est ꝺilectio·1·Joh̃·4·ca·Et sic vitandus ‖ 28° ꝺuitia cõne.s.cũ quis alicui iniuriose ꝺicit ipm cẽ cecũ aut furem aut ꝺicendo nõ solũ vitiũ corporis ꝫ etiaz anime ꝺãnificando hominez q̃ tũ ad detrimentũ sui honoris ꝙ reuerẽtie sibi ab alijs exhibẽ de·Math̃·7·ca·Qui ꝺixerit fratri suo fatue:reꝰ erit gehẽne ignis ꝙ hoc est pctm̃ mortale nõ minꝰ q̃ furtũ vel rapina· Nõ em̃ amat homo suũ honorẽ minus q̃ rem possessaz ‖ 29·improp acõne·puta cũ quis impropat alicui defectũ inoracõnis vel indigẽtie qui etiã derogat honori ꝺsequenti quã cũq; excellentiam ꝙ hoc p verba improperij q8 ꝓ prie est quãꝺo aliquis iniuriose alteri ad memoriaz reducit auxiliũ vel benefitiũ q8 ꝺtulit ei necessitatez patienti·Ecc̃i·20·ca·Exigua ꝺabit ꝙ multa improp abit ‖ 30·ꝺtumelia cõne puta cũ quis id q8 est ꝺtra honorẽ alicuius deducit in noticiam alioꝝ·Jere·20·ca·Audiui ꝺtumelias in circuitu· Talis em̃ ꝺtumelia est repellenda ꝓpter duo· ‖ p̃mo ꝓpter bonũ eiꝰ qui ꝺtumeliam infert.s.ut auꝺatia eiꝰ reprimat ꝙ de cetero talia facere nõ attẽptet·puer·26·ca·Rñ de stulto iuxta stulticiã suaz ne sibi sapiens videatur·2° ꝓpter bonũ multoꝝ quoꝝ pfectꝰ impeditur p ꝺtumelias sibi illatas· vñ Greg̃·sup Ezech̃·ꝺicit Ois quoꝝ vita in exemplũ imitacõnis est posita debent si pñt detrahẽtiũ sibi verba ꝺpescere ne eoꝝ p ꝺicacõem nõ audiãt qui audiẽ poterãt ꝙ in prauis moribꝰ remanẽtes bene viuere ꝺtemnãt·Moderate tñ auꝺatiaz ꝺtumeliãtis debet reprimere.s.ꝓpter offitiũ caritatis· nõ ob cupiditatẽ priuati honoris·prouer·26·ca· Ne rñ deas stulto iuxta stulticiã suã ne sibi similꝫ videaris·vñ dñs cũ fuscepisset ꝙalapã ꝺixit:quiꝺ me cedis.e Joh̃·18·ca ‖ 31° cõtencõne puta cũ q̃s impugnat veritatẽ cũ ꝺfidentia clamoris·Naz hõ debet declinare ꝺtencõem cũ q̃cq; generibz personaꝝ ‖ Primo cũ homine potente·Ecc̃·8·ca·Nõ litiges cũ homine potẽte ne forte incidas in manꝰ illius ‖ 2° cũ homine locuplete·Ibidem non cõtendas cum homine locuplete ne forte ecõtra constituat litẽ·multos em̃ pꝺidit auꝝ ꝙ argẽtum ‖ 3°· cũ homine linguato·Ibidẽ·Nõ litiges cũ homine linguato neq; struas in ignẽ illius ligna ‖ 4°·cũ homine iracũꝺo·Ibidez·Cũ homine iracũꝺo nõ facias viã· ‖ 1°· cũ ꝓpria vxore·Exquo em̃ aliquis incipit litẽ cũ ꝓpria vxore:non habebit quietẽ·pũ· 19·ca·Tecta iugiter perstillantia litigiosa mulier ꝙ sicut nõ quiescit homo in domo iugiter perstillante sic vir ꝙ vxor litigãtes nõ habẽt quietẽ·Legitur in vitis patꝝ q̃ orante machario vox insonuit ad eũ ꝺicẽs·Nõꝺũ ad mensuraꝫ duaꝝ mulieꝝ puemisti que habitant in ꝓprima ciuitate Cũq; quesiuisset machariꝰ intrãs ciuitatez ꝺuersationem eaꝝ ab ipis ꝺixerũt q̃ erãt vxores duoꝝ fratꝝ ꝙ p·17·annos simul habitauerãt nec vnq̃ aliqua eaꝝ verbo vel facto aliã ꝺtristauerat ꝙ statu erãt in corde suo:nũq̃ verbũ seculare loqui vsq; ad mortẽ ꝙ libẽter religionẽ introissent si viri eaꝝ ꝑmisissent·vñ meritũ eaꝝ fuit q̃ nũq̃ litigaueñt ‖ 32° irrisione puta cũ q̃s deridet ꝓximos volẽtes facere pñam pro peccatis suis preteritis·Hec em̃ est vna de astucijs ꝺyaboli suffocare bonũ in germine sicut p serpentez suffocauit religionẽ in horatam in paradiso p pharaonez voluit destruere populũ israhel submersione puuloꝝ·Exoꝺ·1·ca· per herodem voluit occidere xp̃m puuluꝫ q8 ut faceret innocentes puulos occidit·Math̃·2·ca·ꝑ Thobiã amaitez irrisit iudeos edificãtes ciuitatẽ ihẽrusalẽ·ꝺicendo si ascenderit vulpes trãsiliet murũ eoꝝ lapideũ· 2° Esdre·4·ca·Ex quo em̃ aliquis est in mortali pctõ·si omnes angeli ꝙ sancti ꝺei orarẽt ꝓ eo·ipse non saluareꝫ nisi pñam ꝓ eo apud dominũ intercederet· Nõ est ergo irridẽꝺa ꝙ hoc est valde nociuũ·q̃ p hoc hoĩes a bñ agẽꝺo impediunꝫ·Greg̃·Qui maloꝝ actibus exoriri bona ꝺspitiũt·moꝝ ea manu pestifere exprobracionis euellũt·Job·12·ca·Deridẽ iusti simplicitas ‖ 33° reportacõe·puta cũ quis reportat alteri q8 ille ꝺtra eũ ꝺixit in vituperiũ ꝙ obprobriũ ipsi· hoc em̃ est seminare discordias inter fratres q8 vitiuz maxime detestatur deus·pũ·6·ca·sex sunt que odit deus ꝙ septimũ detestatur animam illius .s.eũ qui seminat inter fratres discꝺias·Nã exh° semine sequũtur ciuitatũ subuersiones ‖ 34° intẽtione·puta cum quis loquitur malũ de homine in eius absẽtia ꝙ bonum in pñtia pretẽdens q̃ bona intẽtione vel causa ludi ꝺicat· cum eius sit mala intẽtio ꝙ talis vocat bilinguis·pũ·8·capi· Arrogãtiam ꝙ superbiam ꝙ viam prauã ꝙ os bilingue detestor·Eiusdẽ·18·ca·Verba bilinguis q̃si simplicia ꝙ ipsa pẽemũt vsq; ad interiora cordis Cauẽꝺũ est a talibus· ‖ 35° murmuracõne·puta cum quis obloquit indebite cõtra ꝺictum vel factũ primi aut etiã dei·Sap̃·1·ca·Custodite vos a murmuracõne que nihil ꝓdest·Nam homines murmurãt ꝺtra deũ quadrupliciter·p̃mo q̃ temperies ꝙ tempestates nõ tribuit eis scõm ipsorum voluntates·2° q̃ ꝓspitatem ꝙ aduersitatem non ꝺistribuit iuxta merita ꝙ demerita hoĩm·3° q̃ deꝰ frequẽter immittit in hoĩes tribulacõnes ꝙ infirmitates· 4° q̃ deus non ita habũꝺanter tribuit eis diuitias ꝙ bona tpalia sicut quibusꝺã diuitibus· Jude·1·ca·hij sũt murmuratores queruloſi ꝰm desideria sua ambulantes q̃bus ꝓcella tenebraꝝ in eternũ seruaꝫ ‖ 36° litigacõe.s.cũ q̃s amatrumores vel incitãꝺo vel accẽꝺo vel approbãꝺo Ab hoc precipue debẽt cauere claustrales·Unde rumor numeraꝫ inter·12·abusiones claustri·Hugo·liº·2·de claustro aiãe ꝺicit·Duodecim sũt abusiones claustri q̃bꝰ tota religionis sũma corrũpitur.s.prelatus negligẽs·ꝺiscipulus inobediens· Juuenis ociosus·senex obstinatus·Monachus curialis·religiosus causiꝺicus·hĩtus preciosus· cibus exquisitus Rumor in claustro·lis in capᷣo ꝺissolutio in choro ꝙ irreuerẽtia circa altare·hec ille·De abusionibꝰ seculi ibidẽ ꝺicit· Duodecim sũt abusiones seculi.s. sapiẽs sine opibꝰ·senex sine religione· adolescẽs sine obediẽtia·ꝺives sine elemosina·femina sine pudicitia· dñs sine virtute·

xpi anº otētiosus·p aup supbº·rex iniquº·epus negligēs·plebs sine disciplia·ppls sine lege·hec ille ac ℣ 37ª reuelacō e.s.cū q̄s reuelat alteri secreta·Si q̄s em fuerit infamatº illa reuelacō e vix potest illud dānum restitui puer·26·ca° Que vide rūt oculi tui ne pferas i iurgio cito·ne forte eme dare nō possis cū dehonestaueris amicū tuū·hec ibi·Vix em fiet recō pensatio ℣ 38° ominacō e·Nā ominacōib⁹ stultiores nos oñdim⁹ q̄p fim⁹·q̄ cō minamur q̄ nunq̄p fum⁹ facturi·Esopº·Sepe mi nº faciūt hoies q̄ magna minātur·Et pū·18·cap·Qui impacies est exaltat stultitiā suā·Eccī·19·ca· Corripe amicū āteqū ominetis·a da locū timori altissimi ac ℣ 39° omissiō e.s.cū ppter linguas detrahē tes correctō potestatis a plato obmittit·vñ dist· 47·ca·Sza illud nō occō se trāsurrend est q̄ vno peccāte.s.actoris ira dei sup ōnem populum venit· Hoc quō accidit·Qñ sacerdotes qui populo pre sunt erga delinq̄ntes teniuoli videri volūt a verē tes peccātium linguas ne forte de eis male loquā tur·sacerdotalis seueritatis immemores nolūt cō plere qđ scriptū est·Peccātem corā ōnib⁹ argue ut ceteri metū habeant·Et itez·Auferte malū de vobis ac ℣ 40·derogacō e.s.cū inferior derogat suo superiori·vnde dist·21·ca·Intūitum hāc presūptio nem sācti pres apud Calcedonam detestati sunt ut dyoscoz alexādrinum antistitē inter cetera io circo potissimū sine vlla restitucōe dānauerint· q̄ ponēs in celum os suum lingua eiº trāsiuit sup terrā·excōicacōez in scm Leonē papā dictauit· p̄sumpsit em excōicationez dictare aduersus scis simū archiepm magne rome ac ℣ Post hāc de claracōem dixit sanctº Thōs ame devote·O ani ma simplex iam potes intelligē grauitatē pcti de tractōis·Ne tñ Belial gloriet in arguciis suis de cetero te quo pacto illi rñdeas· ℣ Ad primū dic q̄ reuelare pctm occultū alteri ppter eius emēdaci onem denūciando: nō est detrahē· ℣ Ad secūduz dic q̄ reuelare pctm occultū alicui ppter bonum publice iusticie accusādo: nō est detrahere· ℣ Ad tertiū dic q̄ glō·illa nō dicit q̄ detractio in toto genere hūano inueniat̄ ꝑ dicit pene·tum q̄ pau ci ambulāt p viam salutis·tū q̄ pauci sunt qui nō aliq̄n ex leuitate aliquid dicāt·vñ leuiter eiº fama minoratur· ℣ Ad quartū dic q̄ Augº·loq̄t in casu illo quo aliq̄s dicit aliquod leue malum de aliquo·nō ex intēcōe nocēdi·ꝑ ex animi leuita te·vel ex lapsu linguę Jacobi·3·ca·Si quis in ver bo nō offendit hic pfectº est vir· ℣ Tunc anima gracias agēs deo a suis doctoribº: abijt domum in pace Amen·:·

## Feria quarta dñice de passiōe· Sermo·369 de Obediencia·:

Jtā eternā do eis Job·5·ca· Nobie ama simplex fidelis a deuota salutis sue intēta accessit ad eccīaz a audi ens missaz tā ex lectōne epīe Leuit· 19·ca·q̄ ex euāgelio aduertit vnā oclusiōem valde nōbilem.s. ℣ Per fidem ihesu cri sti fideles nō excusātur: quin suis maioribº obedi re teneant·Rō istius oclusionis est illa Sicut em actōes rerū naturaliū p̄cedunt ex potēciis naturā libº·ita etiā opatiōes hūane p̄cedūt ex hūana voluntate·Optuit autē in rebº naturalibº ut superi ora moverēt inferiora ad suas actōes p excellen ciam naturalis virtutis collate dimtus Vñ opor tet etiā in rebº hūanis q̄ superiores moveāt infe riores p suam voluntatez ex vi auctoritatis dimtus ordinate·Movere autē p rōem a voluntatē est pci pe·ideo sicut ex ipso ordine naturali dimtus insti tuto inferiora in rebº naturalibº nccē hñt subdi moc̄ superiorum·ita etiā in rebº hūanis ex ordi ne iuris naturalis a dim tenētur inferiores suis su periorib⁹ obedire·Cū autē fides sit p̄cipium iusti cie a causa fm illud Rō·x·ca·Justicia dei p fidem ihesu xpi·q̄ p fidem ihu xpi nō tollitur ordo iusti cie ꝑ magis firmatur·Ordo vero iusticie req̄rit ut inferiores suis superiorib⁹ obediant·Aliē em nō posset hūana rerum conseruari stat⁹· a iō p fidē xpi fideles nō excusantur qñ suis maioribº obedi re teneant· Scienq̄ obediēdū est q̄tuor genel bº hoim· 1° gubernatoribº s.prelatis Deut·17° ca·Qui superbierit nolēs obedire sacerdotis impe rio morietº·Ecīa p̄cipibº tēp alibº Rō·13·capitu· Omīs aīa ptātibº sublimioribº sb dita sit·Nō ē ptās nisi a deo·Que autē sūt a deo ordinata sunt Itaq̄ qui resistit ptāti dei ordinacōi resistit·Qui autē resistūt dānacōem sibi acquirūt·hec ibi·Eci am parētibº carnalibº Ep̄b·6·capi·Filij obedite parentibº vīis in dño hoc em iustū est ℣ 2° apostol quos xps loco sui constituit ut vices eiº gererēt Matb·x·ca·Qui vos audit me audit a qui vos spernit me spnit·Et·18·ca·Quecūq̄ alligaueritis sup terrā erunt ligata a in celis·a quecūq̄ solueri tis sup terrā erūt soluta a in celis·Et Joh·20·caº Accipite spiritū sācti quoz remiseritis pcta remit tūtur eis·a quoz retinueritis retēta sunt· ℣ 3° suc cessoribº apl̄oz·Aliē em xps successurº ab eccīa ñ sufficienter ordinasset de ea·si nō ordinauit de ea ꝑ pro tēpore quo apostoli viverēt·Sic si rex alicui ius regni iturus esset in pegrinacōem a instituere ret aliquē vicariū loco sui infra ctū temp⁹ infra q̄d sciret se nō eē rediturū ipse nō sufficienter ordi naret de regno·Cū ergo xps ascēsurus in celū sci ret se nō esse rediturū ad eccīaz ātē vniuersale iu dicū insufficienter prouidit eccīe sue qđ est erro neū dicere· ℣ 4° malis a nō solum bonis·Quia si so lum bonis est obediēdum·tūc iurisdicio eccīe nil hēret certitudinis·nescitur em quis sit bonus vel malus Eccīastes·9·ca·Sūt iusti atq̄ sapiētes et opa eoz in manu dei a tñ nescit homo vtz amo re an odio dignus sit·ꝑ ōnia in futuro seruātur incerta Similiē iurisdicō eccīe nihil hēret stabilita tis·Ille em qui ē bonus in momto pōt fieri malº a sic nō erit ei obediendū Preterea sicut pictor fe dus depingit statuam pulchrā·nec vicius picto ris statuam deturpat·sic prelatº malus pōt face re p̄ceptum bonum·Nec est periculū hijs q̄ subiecti

sunt si obediūt plato malo in eis in quib⁹ obedi
ret prelato bono ex quo prelatus malus habet
potestatē. Joh. 19. ca. dixit ihus ad pilatū Non
haberes in me potestatē vllam nisi datū eēt tibi
desuper. Constat autē pilatū fuisse malū a preci
pue tunc. ¶ Dūs intellectis anima exiuit ab ec
desia cū ꝓposito obediendi suis maioribꝫ. Et ecce
belial intendēs eam ab hoc ꝓposito reuocare sicut
fecit ēua p̄mos pntes i statu innocētie ait. O aīa
simplex q̄ facile decipis tā leuiter credendo. Volo
tibi ondere q̄ nō est obediendū homini. ¶ Primo
sic. Nihil em̄ est faciendū extra institutiōem diui
naꝫ. Sed hoc habz diuina institutio ut homo suo
filio regatur scōm illud Eccī. 17. ca. Deꝰ instituit
hominē a reliquit eū in manu filij sui. ergo non
teneat vnus homo alteri obedire. /2° sic. Si quis
cuiq̄ teneret obedire oporteret q̄ haberet volun
tatē precipientis tāq̄ regulaꝫ sue actionis. Sola
aūt diuina voluntas que semp est recta: est regu
la humane actionis. ꝯ nō tenetur homo obedire
nisi deo. ¶ 3° sic Quīto fuitia fūt magis gratuita tri
to fūt magis accepta. q̄ qđ homo ex debito facit
non est gratuitū. ergo si homo teneret ex debito
alijs obedire in bonis opibus faciendis ex hoc ip
so redderet minus acceptabile opus bonū qđ ex
obedientia fieret. ¶ 4° sic. Latrombꝰ qui p violē
tiam opprimūt homines obedire nō tenētur. Sed
Augꝰ. 4. de ciuita. dei dicit. Remota iustitia quid
sūt regna n̄ magna latrocinia Cū ergo dūia secula
riū pncipū plerūq̄ cū iniustitia exerceant vel ab
aliqua iniusta vsurpatiōne principiū sūpserint
videat q̄ xp̄iam nō deceant obedire principibꝰ se
cularibꝰ. Vt em̄ habetur extra de hereticis ca. ad no
stra in demētimis. Homo in vita pūti tātū a talez
p̄fectionis gradū potest assequi a acquirere q̄ red
dat penitus impeccabilis a amplius in gratia p̄fice
re nō valebit. Nam si quis posset in gratia semp
p̄fice. tunc posset aliquis p̄fectior xp̄o inuenīri.
Et illi qui sūt in predicto gradu p̄fectionis a spū
libertatis nō sūt subiecti alicui obedientie huma
ne. nec tenent ad aliqua precepta ecclesie. q̄ vbi
spūs dñi ibi libertas ut dicit apls hec ibi. Ju
sto em̄ nō est lex posita. q̄ lex ꝓpter trās gressores.
¶ Aīa vero abijt tristis querēs a osulens legis
doctores Cui mox obuiauit Moyses a q̄ cuz cog
nouisset causas mestitie sue ait. Ego oñdaz tibi
odusionē tuā eē veram a catholicā testimoīo legis
quadruplicis. s.

¶ Legis Naturalis.
¶ Legis diuinalis.
¶ Legis Prophal.
¶ Legis Duanalis.

Primo testio
nio legis.

aturalis a hoc q̄druplicitер
s. p rōnes naturales. p phos
morales. p poetas. p exēpla
gētiliū. ¶ Quātū ad rōnes natuā
les Scīēs q̄ obediētia ē amā
da a fidelibꝫ velut mater eoꝝ
quā adiuuāt quatuor. Primo humiliacō. Vir
ga em̄ que ob exilitatē est debilis a fexa exile vel
tenue flecti pūt sic exilitas humilitatis flectit ho
minē ad obediētiā. vñ Cātor pisiensis posuit hu
militatē matrē obediētie a Augꝰ. li. de ciuitate di
dicit. q̄ obediētia est mē humiliū. ¶ 2° assuefactō
Equus ei assuescit circūuolutionibꝰ ut facilius
ad voluntatem sessoris flecti possit. pū. 27. capi.
ita imiolabilis opione vgimitas·hec ille· Quaē
autē fuerit despōsata Jheroꝰ·sup Matħ·dic sic
Quare nō de simplici ꝺ de despōsata vgine xp̄us
ocipiť· p° ut p generacōez Joseph origo male
monstrareť ·2° ne lapidareť a iudeis ut adulterā
3° ut in egiptū fugiēs hēret mariti solaciū· 4° ut
ptus celareť dyabolo dū eū putat nō de virgie·ꝺ
de vxore generatū·hec ille ac̄ 5° repudiādo·Cuz
em̄ puella añq̄ ducatur velut p̄gnans ex alio:
a sponso suo repudiať:signū est adulterij iā per
ipsaz ppetrati Deut·22·ca·Si puellā virgiem de
spōderit vir a muenerit eā aliqs in ciuitate a cu
buerit cū illa:educes vtrūqz ad portā ciuitatis il
liꝰ a lapidibꝰ obruent·Puella q̄ non clamauit
cū esset in ciuitate·vir q̄ hūliauit vxorez primi
fui a auferes malū de medio tui·hec ibi·Btā vgo
iam pregnās añq̄ ducereť·defensata fuit p iusti
ciam Joseph·iō in euāgelio dr·cui nomē erat Jo
seph·Qui potiꝰ voluit ipsā dimittere q̄ leuiť dif
famareˊ Matħ·1·c·Joseph āt cū essz vir iustꝰ a nol
let eam traducereˊ a in publicū diffamareˊ·voluit oc
culte dimittere eā·Ez si fuissz sic domi dimissa·tūc
infamia p̄disset in publicū·q̄ oēs fuissent mā
ti q̄ nō ducerętur a viro·Cui a dño p̄uisū est per
angelū oceptū virginis declarātem atqz dicētez·
Joseph noli timere accipe mariaz cōiugem tuaz
Qđ em̄ in ea natum est de spūsancto est Mathei
p·ca° Et sic duxit eam· 11° cōmiscēdo·Cū em̄ pu
ella vult nubere iuxta bīplacituz sui a nō ad vo
luntatem p̄ris sui aut mīis sue:signū est lubrici
tatis carnalis·Vñ Mūeri vlti·ca°·dicit·Qēs viri
ducēt vxores de tribu a cognacōe sua a cūcte fei
ne maritos de eadē tribu accipient·ut hereditas
pmaneat in familijs·nec sibi miscēatur tribz·sed
ita maneant ut a dño sepate sūt hec ibi·Btā ma
ria nupsit Joseph de cuiꝰ tribu erat·iō in euāge
lio dr·de domo dauid·vnde Berñ·sup missus ē·
dicit sic·Vere ei de domo dauid·vere de regia stir
pe descendit vir iste Joseph·nobilis genere·mē
te nobilior·Plane filius dauid nō degenerās a
pre suo dauid·Prorsus inquā filius dauid·nō
tñ carne·ꝺ fide·ꝺ sanctitate·sed deuocōe quē tan
q̄ alterū dauid dñs inuenit p̄m cor suum·cui tu
te omitteret secretissimū ac sācissimū sui cordis
archanū·cui tanq̄ alteri dauid incerta a occulta
sapiēcie sue manifestauit a dedit illi nō ignaruz
eē misterij quod nemo p̄cipum huiꝰ seculi ag
nouit·Nō solum autē Joseph·sed a maria descen
disse credenda est de domo dauid·alioquī nō fu
isset desponsata viro de domo dauid si nō esset a
ipsa de domo dauid·Ambo igitur erāt de domo
dauid·sed in altera opleta est veritas quā inra
uit dñs dauid·De fructu ventris tui ponā super
sedem tuaz·altero tamē cōsilio a teste adimplete
p̄missiōis·hec ille· Ecce decor vtriusq̄ in veritate
agnita· 12° ledēdo·Cū ei puella ledit aut scādali
sat aliquē verbis vel factis:signū est lasciue car
nalitatis·Vnde btūs Augꝰ·liº de vgimitate dicit
sic·Dñica virgo·nec ornatu capitis · nec habitu
come·nec oculis erectis aut letis·sed crimbꝰ ad
terrā cum vultu demisso p̄edat·ne in se vles in
ducat amorez a si nō peat alijs causa pclicōmis
existat·Dñica virgo sermone garrula·aut loq̄ci
tate verbosa·vel curiositate supflua:casta nō p̄t
iudicari·p mo p̄stituta a ad luxuriā magis accē
di·hec ille·Btā virgo nunq̄ aliquē lesit nec scan
dalisauit·vñ Ambrosiꝰ libro·2·de virginitate di
cit sic·Quid nobilij dei mīre·c quid splendidius
ea quā splendor elegit eternus·c quid castius ea q̄
corpꝰ sine contagiōe corpis geneauit·c Et ut de cete
ris virtutibꝰ eiꝰ taceam virgo erat nō solum cor
pe sed ecīā mente·Corde hūilis·verbis grauis·
amō prudēs·loq̄ndi ptior·legēdi studiosior·nō
in incerto diuicias·sed in p̄cio paupertū spē repo
nēs·intēta opi·verecūda sermōe·Nouerat arbi
trū mentis·nō hominē sed deū q̄rere·nullū ledē·
ōmbus bñ velle·maiorib⁹ assurgere·eq̄libꝰ nō i
uidere·iactā ciaz fugere·rōem sequi·virtutē ama
re·Qñ ista fastidiuit hūilem·c qñ risit debilē·c qñ
vitauit inopem·c Talē hanc euāgelista mōstra
uit cū ait·Et nomē vgīs maia·q̄ digna fuit ex
q̄ dei filius nascēť·hec ille· 13° discurrēdo·Cū em̄
puella discurrit p vicos p plateas ciuitatis·p do
mos alioz:signū ē lasciue carnalitatis p̄u·A·c°.

Ecce mulier occurrit iuuenī ornatu meretricio. p parata ad capiēdas aīas. garrula z vaga z q̄e tis impacīēs. nec valens in domo cōsistere pedibz suis. nunc foris. nūc in plateis. nūc iuxta āgulos insidians. Et aug⁹. li. de vginitate dic. Dūica virgo p̄mitus publicos dētvitaē ospect⁹ z plateaz frequētiam deuitare. atz in domo posita opi lamsi to insistere. vel lectioni dine. Ab oī verecūdo sermone vel risu dēt se penitus abstinere. z cū filētio z disciplina: oēm vitā suam ornare. hec ille. Btā vgo nō discurrebat p alienas edes. ꝫ domi se occultabat. vñ in euāgelio dr. Et ingressus āgelus ad eā. Sup quo Beriī. dicit sic. Quo ingress⁹ ad eā. ꝯputo i secretariū pudici cubicli vbi illa clauso sup se hostio: orabat p̄ez suū i abscōdito. Suspicādum ergo nō est q̄ aptū inuenerit angel⁹ hostiolū virgis. cui inmicū in ꝓposito erat hoīm fugere frequētias. vitare collo q̄a. vel ne orātis p turbaret silentiū: vel otinentis castitas tēptaret. Clauseāt itaq; illa hora suū sup se cubiculū pudētissima virgo. ꝫ hoīb⁹. nō āgelis. sicq; ingredi potuit ad eā angelus. ꝫ nulli hominū facil patebat accessus. hec ille. ℣ ix°. cogēdo. Cū em puella vi rapit fine osensu suo efficit infamis: ut null⁹ velit eā ducē. vñ Deut. 22°. ca°. dr. Si repperit vir puellā in agro q̄ sponsata ēt vi apprehēdēs cōcubuerit cū illa: ipe morie. qm̄ sicut latro cōsurgit cōtra frēm suū z occidit eū z animā ei⁹: ita puella ꝓpssa est. hec ibi. Btā virgo nō vim patit ab angelo. ꝫ deuotissime salutat cū dicit. Aue. ut hē tur in euāgelio. Licz eī ipsa hēret expressaz fidem incarnacōis future. tñ ob hūilitatez nō alta de sē sapiebat. idō sup hoc erat instruēda: ut suaretur ogru⁹ ordo diuctionis filij dei ad vginē. s. ut mēs eius p̄us de ipō instrueret: q̄ carne ipsū cōcipet. ꝓpter ea reddit eā angel⁹ attētam cū salutat dicēs Aue. vñ Crisos. in ꝑmōe dicit sic. Dec salutacō i sacrario trinitatis nata ē. digito dei scripta ē z cū in ostorio celestis palacij ānōciōe maiestatis sumpsisset originē: vni de fortissimis palacij cele stis ad deferēdum ē delegata. Gabriel nāq; dei fortitudo interp̄tat. Mittit itaq; Gabriel āgelus z egredit de rege ad reginā. de imperatōe ad imperatricē. de ciuib⁹ celi ad dñaz palacij. Ingredit ad vginem regi p̄electā z eo forte alacri⁹. ut cū āgeli p̄us ręz hērent: hīturi eēnt z regiaz. ut ad supplē dos numeros āgelici ordis: ecliā pcōres possent ingredi z mr̄ miseri cordie regina āgelor̄ porta fieret celi. Ingressus g̃ āgelus inq̄t. Aue. hec ille. ℣ xi°. odiēdo. Cū em puella post req̄situ osēsū mū monij a bono z prudēti viro postmodū reuocat ꝓpositū suū nō osentiens in ea: signū est inhonestatis ꝑpetrate ab ipsa. vñ Deut. 23°. ca°. dr. sic. Si accepit hō vxorez z hūerit eā z nō inueneit grāz añ oculos ei⁹: ꝓpter aliquā fēditatē: scribet libellū repudij z dabit i manu illi⁹ z emittet eā de domo sua. hec ibi. Btā vgo a p̄ce eterno semp dilecta fuit. iō in euāgelio dr. Gra plena. Sup q̄ Ihero⁹. i sermōe de assumpcōe dicit sic. Talib⁹ nāq; decebat vginez oppignerari muneribus ut eēt grā plena. q̄ dedit celis gloriā. terris deū. pacē q; refudit gentib⁹. finē vicijs. vite ordiem. moribus disciplinaz. Ceteris vginib⁹ p partes p̄stat gra. Maria vero se totaz infudit grē plenitudo q̄ fuit in cristo. q̄ p̄ alit z aliter. qz in xp̄o fuit plenitudo grē tāq; in homie psonalit diffinito. i maria vero ut in templo singularit cōsecrato. In xp̄o fuit plenitudo grē sicut in capite influēte. in maria vero sic in collo trāsfundēte. hec ille. ꝑ ipsam gra emanauit. ℣ xo°. sepando. Cū em puella sepat a viro suo p diuortiū. ne simul cohītent: signū ē perpetrate culpe p ipsā. vñ. xx. q. z. ca°. Quos deus cōiunxit hō ñ sepet. q̄ris: quo. ꝯfubaudi: violēter. sine lege. absq; rōne. quos deus iunxit hō nō sepat. Non ei separat q̄s pēa dānat. quos reat⁹ accusat. q̄s maleficiū coartat. hec ibi. Btā virgo nullā talem causaz diuorcij aut sepacōis a viro suo hūit. ut pte cū qua erat dñs. iō i euāgelio dr. dñs tecū. Vñ Beriī. supmissus ē. dic sic. q̄uis dñs sit cū oibus scis. spālit tñ cū maria cū q̄ vtiq; tāta cōsensio fuit. ut ei⁹ nō solum voluntatē. ꝫ ecliā carnē sibi oiungeret. ac de sua vginis q; substātia vnū cristū efficēt. vel poti⁹ vnus xp̄s fieret. q̄ a si nec totus de deo. nec tot⁹ de virgine. tot⁹ tñ dei a totus vginis eēt. nec duo filij. ꝫ vn⁹ vtriusq; filius. Ait itaq; dñs tecū. Pat in quā tecū. q̄ suum filiū facit et tuū. Filio tecū. q̄ ad odendū in te mirabile sacmētum. miro mō a sibi referat genitale secretū: et tibi suat virginale signaculū. Spūssctus tecū. q̄ cuz p̄ea filio tuū sanctificat vtez. hec ille. ℣ xi°. ꝑuādo. Cū em puella per sterilitatē ꝑuat ꝓle nō diligit a viro suo a hoc p̄cipue tēpe legis antiq: qui p̄es imitabātur illaz bñdictōez dimaz. Crescite z multiplicami Gen. 2. ca. iō dr. Exod. 23. ca. Nō erit infecūda: nec sterilis in terra tua. Btā virgo non hūit maledictōez sterilitatis. iō in euāgelio dicit bñdcā tu in mulieribus. diuīa ei benedictō dedit mulieri vtutē multiplicādi. q̄ vtus maxime fuit in btā virgine p quā genuit nō solum hoīem. ꝫ deū z hominē nō in pctō. ꝫ sine pctō. nō cū grauitatis penalitate. ꝫ cū suauitate Vñ Beriī. sup missus est. dic sic. Q vgo bñdcā. cōcipies quidē. ꝫ sñ pcto. grauida eris. ꝫ nō grauata. paries. sed nō cū tristicia. Nescies vir⁹ z paries filiū. Qualez filiū. ꝯ Illi⁹ filij eris mater: cui⁹ deus est p̄. Sfilij p̄ ne claritatis erit corona tue castitatis. sapīa pat mi cordis erit fruct⁹ vginalis vteri. deū demq; paries z de deo concipies. Cōfortare igit virgo fecūda. casta puerpa. mr̄ intacta. qz nō eis i isrl maledcā. neq; inter steriles deputata. ꝫ i terris ab angelo bñdcā z a cunctis generacōib⁹ hec ille. ℣ xii. despiciendo. Cū em puella req̄sita a magno z potenti viro in oiugē: illo despecto vilioē assumit: signū est lasciue carnalitatis. Sicut de puella req̄sita a sacerdote Leuit. 21. ca°. dr. Virginē ducet vxorez viduā ꝓpudiatā. z sordidā atq; meretricē nō accipiet. ꝫ puellaz de ꝓpło suo. nec ꝺmiscēat stirpez generis sui vulgo gētis sue. qz ego dñs q̄ sanctifico eum. hec ibi. Btā vgo electa a dño in sponsam ut esset mr̄ filij sui ihu cristi ñ recusauit. sed tenigne

ꝺſẽſit iõ in euãgelio ꝺr Que cũ audiſſz·vñ berñ·
vbi ſup̃ dicit ſic·Bñdicta tu i mulieribz q̃ illã ge
neralẽ maledictõez euaſiſti q̃ dictũ ẽ i ꝺoloẽ pies
filios a mihi lomin⁹ illã q̃ ſecuta ẽ maledcã ſterilẽ
iiſtẽ·ac ſingulariẽ ꝺſecuta es benedictõez·ut nec
ſterilẽ mãeas·nec cũ ꝺloẽ pias·O ḡue iugũ ſup
õnes filias Eue q̃ ſi pturiũt cruciãt a ſi ñ pturiũt
maledicũtur a ꝺlor phibet patẽ a nõ parẽ male
dictio·Quꝺ facies vgo q̃ hoc audis q̃ hoc legis·c
Si pturis ãguſtiais·ſi ſterilẽ manes·maledicẽris
Quꝺ eligis prudẽs vgo·c Anguſtie inquit in fut
vndiq; Meli⁹ eſt inq̃t in maledictũ incurrere a ca
ſtã pmanẽ·q̃ p̃us q̃dẽ ocipe per ocupiſciaz a me
rito poſtea cũ ꝺloẽ pturiã·Dime ei video maledi
ctũ·ſ nõ pctm̃·illime vero a pctm̃ ſimꝰ a cruciatũ·
demiq; hec maledictõ q̃ꝺ aliuꝺ ẽ q̃ him expro
bracõ·c Neq; ob aliuꝺ ſane ꝺr ſterilẽ maledicta·
ñ q; obprobrio a otẽptui ſit hũda tãq̃ inutilis
a ifructuoſa a hoc in iſtẽ tm̃ Mihi ãt p minimo ẽ
q; hoĩb⁹ diſpliceo ꝺũ me poſſim vgine caſtã ex
hibẽ xpo·O vgo prudẽs·O vgo ꝺeuota·q̃s te ꝺo
cuit ꝺeo placẽ p virgitatez·c Que lex·q̃ iuſticia·q̃
pagia veteris teſtamti·vel p̃cipit·vel ꝺfulit·vel
hortaꝰ in carne nõ carnaliꝰ viuere a in terris an
gelicã vitã ducere·c Vbi legeras btã virgo ſapi
entia carnis mors eſt a curã carnis ne fecerit⁹ in
ꝺeſiderio·c Vbi legeras de virgin⁹ q̃ cantãt cã
ticũ nouũ quoꝺ nẽo ali⁹ cantare põt·c a ſequunt
agnũ quocũq; ierit·Vbi legeras laudatos eſſe
q̃ ſe caſtrauerũt ꝓpter regnũ ꝺei·c Vbi legeras in
carne ãbulantes nõ fm carnem militam⁹·c Ruꝺ
mirimonio iungit vginem ſuã: bñ facit a q̃ non
iungit meli⁹ facit·Vbi audieras volo vos eẽ ſic
meipſũ a bonũ eſt hoĩ ſi ſic pmãſerit fm ꝺ filiũ
meũ·De virgin⁹ in⁹ q̃t p̃ceptum ꝺñi nõ hẽo: ꝺſi
lium autẽ ꝺo·Tu vero nõ ꝺicã p̃ceptum·ſ nec cõ
ſiliũ·nec exẽplũ habuiſti·miſi q; vnctio ꝺocebat
te ꝺe õmb⁹ hijs a ſermo ꝺei efficax a viu⁹ añ tibi
factus eſt mgr̃ q; filius·p̃us inſtruxit mẽtẽ q; in
ꝺueret carnẽ·Xpo ergo ꝺeuoues te vgines a ne
ſcis q; ipſi te exhibẽ oportteat mr̃ez·c Eligis in iſtẽ
eẽ ocemptibilis a ut illi placeas cui te p̃baſti ma
ledictũ incurrere ſterilitatis·Et ecce maledictõ bñ
dictõe omutatur·ſterilitas fecũditate recõpenſa
tur·Api virgo ſinũ·extẽꝺe gremiũ·prepa vteruz
q; factur⁹ eſt tibi magna q̃ potẽs eſt: ut p male
dictõe iſtẽ btãm te dicãt õnes generatiões·Nec
ſuſpectam hẽas prudẽs virgo fecũditatẽ·q; nõ au
fert tibi itegritatẽ·hec ille·Iſta inquã audiuit ac̃
Vꝰ 19 rñ den ꝺo·Cũ em̃ puella rñ ꝺet p̃ſumptuoſe l
imprudẽter ſine p̃uia meditacõe: ſignũ eſt auda
cis temeltatis a laſciuiẽtis carnalitatis·Vñ Am
bro⁹·li°p̃·ꝺe officijs ꝺic ſic·Pulchra vtus ẽ vere
cũdia a gra ſuauis·gra que nõ ſolũ in factis·ſed
eciã in ipſis ſpectaꝰ ſermoib⁹·Nec modũ p gredi
aris loqñdi·ne quiꝺ in ꝺecor ſermo reſonet tui⁹·
Speculũ em̃ mentis pleriq; in verbis refulgz·Ip
ſi vocis ſonuz librat modeſtia·ne cuiuſq; offen
ꝺat auditũ vox fortior·ꝺemiq; in ipõ canẽꝺi genẽ
p̃ma ꝺiſciplia eſt verecũdia·hec ille·Btã vgo ad
vocẽ angeli a ſalutacõem eiꝰ amo oſternata ſtu
pet a mirat·iõ in euãgelio ꝺr Turbata eſt i ſmo
ne eius·Sup quo Amb°·ꝺicit·Perturbamur a
a nro alienamur affectu·q̃ reſtringimur alicu
ius ſupioris ptãtis occurſu·Trepidare vginũ ẽ
a ad õnes viri ingreſſus pauere·oẽs viri affat⁹
vereri·hec ille·Mio em̃ humili a pudico mihil eſt
mirabili⁹ q̃p audit⁹ ſue excellentie·iõ Berñ·ſuper
miſſus ẽ·ꝺicit ſic·Solẽt vgines q̃ vereꝺ gies ſũt
ſemp eẽ pauiꝺe a nunq̃ ſecure a ut caueãt timẽ
ꝺa: eciã tuta ptimeſcere ſciẽtes ſe i vaſis fictilibz
theſauz portaẽ p̃cioſum a minis arduũ eẽ int̃ ho
mines viuere ut angelũ a in terris more celeſtiũ
ꝺuerſari a in carne celitem agere vitã·Ac p̃inꝺe
quicq̃ꝺ nouũ q̃cquid ſbitũ fuerit ortũ: ſuſpectaꝰ
hẽe inſidias·to tũ otra ſe extiare machinatũ·id
circo turbata eſt maria i ſmone ãgeli hec ille·In
hoc apparet otinẽtia vginal cũ hũilitate ac̃ 20
p̃cipitãꝺo·Cũ em̃ puella laudib⁹ ſuis intẽdit ꝺũ
inuenis quiſpiã grãꝺia ꝺe illa loq̃tur·nec ſecum
mente cogitat verſutias blãdiloquꝺ: ſignũ ẽ cor
rupte mẽtis a laſciuiẽtis carnalitatis·Jo Valeri
us maxim⁹ ait·Verecũdia parẽs eſt õmis hone
ſti ꝺ filij·tutela õniuz ſolẽniũ officioz·via gr̃a
innocẽtie·cara primis·accepta aliemis·õni lo co·
õni tẽpe·fauorabilẽ pre ſe referẽs vultũ hec ille·
Btã vgo tã excelſa ꝺe ſe audiẽs ab ãgelo·anteq̃
ꝺaret rñſionez prudẽter atq; hũiliter intra ſe cogi
tauit·iõ in euãgelio ꝺr·Et cogitabat q̃lis eẽt illa
ſalutacõ·Vñ Berñ·ſupmiſſus ẽ ꝺicit ſic·Turba
ta eſt·ſ nõ pturbata ẽ·Turbat⁹ ſũ int̃ q̃ꝺ a
nõ ſum locut⁹·ſ cogitaui ꝺies antiquos a ãnos
eternos in mẽte habui·Ita ḡ a maria turbata eſt
a nõ ẽ locuta·ſ cogitabat q̃lis eſſz illa ſalutatio
Q; turbata ẽ verecũꝺie fuit vginalis·q; nõ ptur
bata fortitudis·q; tacuit a cogitauit prudentie·
Cogitabat ãt qualꝰ eẽt iſta ſalutatio · Sciebat
prudẽs virgo q; ſepe angel⁹ ſathane trãſfiguãt
ſe in angelũ lucis·Et q; in mitũ ſimplex a hũilis
erat mihil tale pemit⁹ a ſcõ angelo ſpabat a ideo
cogitabat q̃lis eẽt illa ſalutacõ·hec ille·V 21° mi
nãꝺo Cũ ei puella ſeꝺet ꝺo mi q̃eta a honeſta·tũc
p̃us inſidiãs hõeſtati fue minaꝰ q; ſi ei nõ ꝺſen
tiat: ꝺiuulgabit eã p ciuitatẽ tãq̃ mẽtricẽ Illa ve
ro h° timẽs ꝺſentit p̃co·Sed hõ inuenis fatiat ſic̃
fecit Suſãna ꝺe q̃ Amb°·li·p̃·ꝺe officijs ꝺicit ſic·
Tacebat i piculis Suſãna a gui⁹ verecũꝺie q̃ vi
te ꝺanũ putabat·nec arbitrabaꝰ piculo pudoꝛ
tuẽꝺã ſalutẽ·ꝺo ſoli loq̃baꝰ cui poterãt caſta vere
cũdia loq̃·refugiebat ora intueri virotũ·hec ille·
Btã vgo arbitrabaꝰ iã quaſi patas ſibi inſidi
as ꝓptẽa timebat verecũꝺe pudicicie fue quã an
gel⁹ ꝺſortãs ꝺixit ut i euãgelio ꝺr·Ne timeas maia
Sup q̃ berñ·ſupmiſſ⁹ ẽ ꝺic ſic Angel⁹ intuit⁹ vgi
nẽa varias ſecũ voluẽ cogitacões facilie deph̃e
ꝺes·pauiꝺã ꝺſolaꝰ·ꝺfirmat ꝺubiã a familiariẽ
vocãs ex noie·ne timeat ꝑſuadet·ne timeas int̃
maria·Nihil ℔ ꝺoli·nil ℔ fallacie ẽ Nullã circũuẽ
cõez·nullas ℔ ſuſpicẽis inſidias·Nõ ſũ hõ ſ ſpũs
nõ ſathãe ſ ꝺi ãgel⁹·Ne timeas maria·hec ille·Et

Origenes sup Luc. dic. App arens agel9 scies hac ee hūanā naturā: pmū pturbacoi hūane medet Vñ tam Zacharie q̄ marie pt9 turbacoez dicit ne timeas. Nō em difficile est bonoz spirituū malo uq̄ discrecō. Si em pt9 timoꝛe succssit gaudiū a dño remisse sciam9 auxiliū. q̄ securitas aie: pse tis maiestatis indiciū ēet sic ptz. 22° rixādo. Cū ei puella desponsata: e viro suo uxoꝛosa i domo. cū aliemis aūt est pacifica et benigna: signū e lasciuiētis carnalitatis. Vñ dyogenes pb̄s dic. Nulla est uxoꝛ tā bona i q̄ nō inuenias qđ odiaris. Sic mihil supius benigna uinge: ita mihil infesta muliere crudeli9. Quāto em sapiēs vitā suaz proviri salute oppomit: tāto maligāc mariti moꝛtez ecia vitā suaz reputat. Nihil g̃ muliere molesti9 q̄ quātū viro iunctioꝛ: tātū disiūctioꝛ alienoruz dulcedine: aut felle malicie. Mulier specōsa. templū e edificatū supra doacā. hec ille. Bta virgo ñ est designata viro suo subesse. licz angel9 ad sublimioa ipsā electā edocuerit. iō in euāgelio dicit Inuemisti gr̄az apud deū. vñ Bern̄. supmissus e. dic. O si sciēr quātū tua hūilitas altissimo place at. quāta te apd ipsū sblimitas maneat: āgelico te indignā nec alloquio indicaes. nec obseq̄o. Vt q̄d em indebitā tibi dixerim gr̄az apd deuz. e Inuemisti qđ q̄rebas. inuemisti qđ nemo añ te inuenire potuit. Inueīsti gr̄az apd deū. Quā gr̄az. e dei a hominū pace. mortis destructōez. vite repacōem. Hec est gr̄a quā inuemisti. hec ille. 23° pmittēdo. Cū ei puella odīret alicui pmittēti se illā ducē uxoꝛē. ꝛ cum viderit illaz guidam: moꝛ ecu sat eā accipe. violata pmanēs in publicū diffamat. Si em q̄spiā pmiseit eā accipe in uxoꝛē a secuta fuerit copula carnal: tenet ad pmissiōem factā. q si aliam cepit nō erit ei9 uxoꝛ sed meretrix vñ ipsā retinēs nullo mō pōt salual. q si ipe infi cerz hanc fictā. ut illam cui prio promiserat accipe ret: nūq̄ possz eam hr̄e. Nā oingalis pactō: nō v ginalis defloracō oinguū facit vñ Amb°. li. de virginib9 dicit sic. ut h̄etur. 27. q. 2. ca° Cū imtiat cō nuguū cōingij nomē ascisciat. Nō defloracō vginitatis facit oinguū sed pactō oingal. hec ibi. Et caseqñti. Cōiuges veri9 appellātur a pma despōsa cōmis fide: q̄uis adhuc ignoret inē eos oingal cōcubit9 hec ibi. Bta v̄go certificat ab angelo de cōceptu p quo nō eat a dō abiciēda. iō in euāgelio dr̄. Ecce cōcipies i vtero. Hec ei cōceptio licet nō fuerit celebrāda a p Joseph nō tñ phibet quī ter ipsā btām v̄ginem a Joseph fuerit verū mīmomū. quomā btūs Aug9. li°. de bono cōingali dicit. ut h̄etur. 27. q. 2. ca° Cōiunx vocat a pria desponsacois fide; quā cōcubitu nō agnouerat Joseph. nec fuerat ogmitur9. nec peierarat. nec mē dax māserat oingis appellatio. vbi nec fuerat. nec futuā erat carnal illa omixtio. pter qđ fide le oingiū ambo parētes xp̄i vocari meruert. non solū illa mat. vez etiā ille pat ei9. sicut a cōiunx mūs ei9 vtrūq̄ mēte: nō carne. hec ibi. Nō tñ puata ē oceptu. 25° pcurādo. Cum ei puella iaz cōcipies in vtero ex alio q̄ ex viro suo, pcuāt ab oꝛfū occidēdo puerperiū: diffamat grauit aūz in publicū traducit. Vñ mgr̄ sententiaꝝ li°. q. dist. 31. ca. q° dic sic. Qui vero venena sterilitatis pcurāt. oinges nō sunt. sed fornicarij. vñ Aug9. Alīqñ eo vsq̄ puenit hec libido mosa crudelitas vel libido crudelis ut ecia venena sterilitatis pcuret a si mihil valuerint: cōceptos fet9 intra viscera aliquo mō extīguat vel fūdat: volēdo suam plem pus interire: q̄ vivere. Aut si in vtero viuebat occidi añq̄ nasci. hec ibi. Bta v̄go ab angelo certificat de ple pariēda. cū in euāgelio dr̄. Et paries filiū. Vñ btūs Aug9. li°. de bono cōingali dic. ut h̄etur. 27. q. 2. ca. Oē itaq̄ nupciaruz bonū implet̄ est in illis p ntib9 xp̄i. ples. fides. sacramētuz. Prolē accipim9 ipsius dñm. fidē. q̄ nullū adulteriū. sacrimētū. q̄ nullum diuortiū. Sol9 ibi nupciat cōcubitus nō fuit. q̄ in carne pcti fieri ñ poterat sine pudēda oupia carnis: q̄ accidit ex peccato sine q̄ ocipi voluit q̄ futur9 erat sine peccato hec ibi. Dic ptus erat mirabilis: sola fide pcipiē d9. 27° accusādo. Cū enim puella seducit ab aliquo pco dicēte a iurāte q̄ si cōsētiat ei. tale negociuz nemi vnq̄ patefaciet: a cū nulla alia omisce bit. caueat tūc sibi. q̄ post exactā copulaz carnalem ne cogat eā ducere uxoꝛē. diuulgabit eā peciuitatē a diffamabit q̄liter ē publica meretrix. a ad eā accessit tanq̄ ad publicā meretricē. Vnde Crisos. sup Math. dicit sic. Sexus muliebris incautus a mollis est. Incaut9. q. nō oīa que videt a audit cū racōe odīerat. Mollis. q. facile flectit a bono in malū et a castitate in lubricitatē. hec ille. Bta v̄go mihil tale ppessa ē cū nulli vnq̄ viro oserserit. nec tāq̄ lubrica accusata fuerit. iō in euāgelio dr̄. Et vocabis nomē eius ihesū. Vñ Bern̄. supmissus e dic. Intellige prudēs virgo ex noie pmissi filij quātaz a q̄ spāle gr̄az inueneris apd deū a vocab in quit nomēeius ihm. Nō em ei9 vocabuli ali9 euāgelista ponit: āgelo interp̄tāte sic Ipe em̄ saluū faciet populū suū a pctis eorū. Duos ihesus lego i typo hui9 que nūc in manibus hem9 p̄cessisse. ambos popul pfuisse. quoz vn9 suū populū de Babilōe eduxit. alt suū in terraz promissiōis introduxit. Et illi quidē illos quib9 preerāt ab hostib9 defendebant. sz nequaq̄ a pctis eorū saluabāt. Is autē nr̄ ihs a a pctis saluat populū suum: a introducit i terrā vitētiū. hec ille. 26° fingēdo. Cū enim puella seducit ab aliq̄ dicēte se velle ipsaz h̄re oinge a q̄ ipe sit nobilis. ā diues a filius talis dñi: ā tal magni mercatoris ipa vero imprudēter hoc credēs. osētit in cōiugiuz ei9. demū aduertit hoc nō ee verū a sic in publico diffamat. q. nō potest dissolui tale oingiū. vnde 29. q. 1. ca° cōsēsus. dicit sic. Error fortune a q̄litatis nō excludit cōsēsum. veluti si q̄s consētiz i platurā alicui9 ecclesie quā putaz ee diuite a illa esset min9 copiosa. q̄uis hic decipetur error fortune. nō tñ possz renūtiare plature accepte. Similit que nubit paupi putās illum ee diuitē: non pōt renūciare pōi cōdicōni: q̄uis errauerit. hec ibi. Beata virgo nō ē passa hmōi fictōez ex vbis

angeli cū eius filiꝰ sit futurꝰ magnus · nobilitate
a diuicijs · puta in quo sūt ōnes thesauri sapien
tie a scie dei · ideo in euāgelio dr · Hic erit magnꝰ ·
Sup quo Bernñ · ait · Bñ hic erit magnꝰ · qz mag
nꝰ homo · magnꝰ doctor · magnꝰ pphēta · Sic em̄ de
eo dr in euāgelio · qz pphēta magnꝰ surrexit ī nob
a a mínori quo ꝺ pphēta magnꝰ idē pphēta pmitti
tur · Ecce venet inqt pphēta magnꝰ a ipse ēnoua
bit ihrlm · Et tu quidē virgo puulum paries · par
uulū nutries · paruulꝫ lactab · ꝫ vidēs puū cogi
ta magnū · Erit em̄ magnꝰ · qz magnificabit eum
deꝰ in ospectu regum vt adorēt eum oēs ẏges om
nes gētes seruiāt ei · Magnificꝫ ergo ama tua do
minū · qz hic erit magnꝰ a magꝫ faciet tibi q̄ po
tēs est a sanctū nomē eiꝰ · hec ille ac̄ 21° negādo
Cū em̄ puella sedz domi quieta a casta seducitur
a pco qui dicit · Nūquid tu vis eē sca · c Nulla mu
lier vnq̄ fuit bona nec casta · qz si omēs eēnt ca
ste mūdꝰ fieret · deꝰ mīmoniū instituit ad pcre
acōem filiorū · tu vis eē deo otraria · Vñ Augꝰ · li
bro de bono oiugali dicit sic · Murmurāt quidaz
dicētes Quid si inqunt omēs hoīes velint ab ōi
oubitu cōtinere vñ fub fisterz genꝰ hūanū · c Vti
nam hoc oēs vellēt dūtaxat in caritate · Multo ci
tiꝰ dei cīas implēt̄ a acceleraret seculi fminus ·
Quid em̄ aliud optabat Paulꝰ cuz dicēt · Volo
aūt oēs hoīes eē sicut meipfū · hec ille · Et sic puel
la credēs pco osentit a in publicū diffamat · Bta
virgo nō sic decepta est pāgelū quasi negauerit
alias eē castas a honestas · ꝫ ad oceptū inducē
plis eiꝰ famositate a fide cū in euāgelio dr · a filiꝰ
altissimi vocabitur · Sup q̄ Bernñ · dicit · Neqz em̄
altissimi filiꝰ rapinā arbitratur equalē se eē deo ·
Ille merito arbitrādꝰ est cogitasse rapinā q̄ cuz
in angelica forma factꝰ fuisset : factori suo se opās
vsurpauit sibi qꝫ filij altissimi pprium est q̄ vtiqz ī
forma dei nō factꝰ ꝫ gemitꝰ est · Altissimꝰ em̄ pat
q̄ nūs ōmpotēs sit nō potuit tñ vel eqlem sibi cō
dere naturam vel meqlem gignē filiū · Fecit itaqz
āgelum magnū · ꝫ nō quātus ipse a ideo nec altis
simū · Solū autē vnigenitū quē nō fecit · ꝫ gēuit ·
ōmpotēs ōmpotētem · altissimꝰ altissimū · eternꝰ
coeternū sibi p oia voluit opari · nō rapinaz sibi
fieri extimās · nec iniuriā q̄ tā magnꝰ q̄ altissimꝰ
hec ille ac̄ 28° priuādo · Cū em̄ puella ē oio steri
lis tā cum viro suo q̄ cū alio a ipsa sbmittit sibi
alienū ptum ignorāte viro : cuz res fuerit detecta
ptus repellitur · puella puatur copula viri · mū
moniū dissoluit a ipsa ī publicū diffamat · qz ē
puata mūere nuptiaz · Maximū em̄ munꝰ feiaz
est ocipe a tueri oceptū ut · ff · de edilitio edicto · l ·
oqūtur · ff · p° Ad hoc ei nata mulies pgenuit ut
ptus ederēt a maxima in eis cupiditas ī hoc osti
tuta ē · ut · C · de iudicio viduitatis · l · 2 · ancille · Etiā
ad hoc opant ut pariāt ut · ff · de peticiōe hēdita
tis · l · ancillaz · vñ · zz · q · p · c · Si q̄s accepit vxoreꝫ
· Ecce · dr sic · Impossibilitas reddēdi debitū vincu
li soluit oingij · ꝫ hoc de naturali ipossibilitate sta
tutū est · hec ibi · Bta virgo nō fuit hoc modo ste
lis licz nō ocepit ex viro · neqz alienū ptū sibi sup
posuit · ido in euāgelio dr de xp̄o filio eiꝰ Et dabit
illi dñs deꝰ sedem dauid pris eiꝰ · Sup q̄ Bernñ · di
cit · Qz de stirpe dauid originē duxerit dñs ihsꝰ
nēo dubitat · Tūc sane dedit illi deꝰ sedem dauid
pris sui · qñ ostitutꝰ est rex ab eo sup syon sācti
cius · Hic pphā de q̄regno dixerit · ex pslmo apuisse
videt in eo q ñ in syon posuit ꝫ sup syon · Nā iō
fortassis dictū est sup · qz in syon q̄dē regnauit da
uid · sup syon vo est regnū ipsiꝰ de q̄ dictū est ad
dauid · de fructu vētris tui ponā sup sedem tuam ·
de q̄ dictū est p aliū pphētā · Sup soliū dauid a su
per regnū eiꝰ sedebit · Dabit ergo ei dñs deꝰ sedez
dauid pris sui · nō typicā ꝫ verā · nō tpalē sz eter
nā · nō terrenā sed celestē · hec ille · Et sic ptz ac̄ 29°
hereditādo · Cū ei puella suscipit plem ex adulte
rio ipsa puat dote sua · ut · C de repudijs · l · osēsu ·
a · l · iuntem · a · ff · soluto mīmonio · l · ad libitū · eē
oīb hoīs viri dz priuari nō obstāte otraria osue
tudie · Similit q̄ ex adulterio natꝰ est nō ē capax
hēditatis · q̄ mā ut hētur · xi · q · p̄ · ca° fine est er · In
dignis hēditas legib auferat · nec eis liceat hē
ditatē capere · ut · C de fidei omissis · l · vlt · Et tā puel
la q̄p filiꝰ efficiūtur infames ut hētur dist · 76 · ca° ·
Si gēs anglox · vbi dr sic · Spretis legalib onu
bijs adulterādo fedaz vitā ducūt · De tali omixti
one mētricū existimādū est degeneres pplos et
ignobiles a furētes libidie foē pcreādos a ad ex
tremū vmúsam plebez ad deteriora a ignobilio
ra vergētē a nouissime nec bello seculari fortē · nec
in fide stabilē · nec honorabilē hoīb · nec do ama
bilē eē vēturā · hec ibi · Bta virgo cū nō ex virili se
mine · sed mistico spiramīe xp̄m sit cōceptura nō
spoliat dote gre · nec xp̄s hereditate glorie · ido in
euāgelio dr · Et regnabit in domo Jacob ī eternū · Su
p q̄ Bernñ · dicit sic · Solos ei q̄ in fide Jacob imuei
endi sūt pfā reputa ī domo Jacob vel ipos potiꝰ
noueris fore spūalē a eternā domū Jacob in q̄ reg
nabit dñs ihs in eternū Queredā ē igitur domꝰ
eterna Jacob in q̄ xp̄s regnet ī eternū · hec ille ac̄ 30°
emācipando · Cū ei puella p̄cipue noverca ē cā
vt pat emācipet p̄ores filios suos aut filios q̄s
ex ipsa suscipit : diffamat in vulgo · qz pētes sepe
ofueuerūt exhēditare filios instigacōib noūca
cū vt · ff · de officio so testamēto · l · z · in fine · Muli
eres ei sūt sagacores a auariores homibz vt · ff · de
donacōib int virū a vxorē · l · hec rō · Cū p̄ non
pōt cogi emācipare filios suos regularit · vt insti
tuta quib modis ius pīe p̄tātis soluit · ff · vlt · ñ
forsan iusta causa intercedat · vt instituta de adopti
onib ff · Jtē non alit · q̄ mā p̄ria p̄tās potiꝰ osistit
ī pietate q̄p ī atrocitate vt · ff · ad legē pōpeianā · l ·
diuꝰ adrianꝰ in fine · Bta virgo tāq̄ vera et vnica
mr ihesu xp̄i · ñ vult filiū suū exhēditari a emāci
pari a p̄re eterno · iō in euāgelio dr · Et regni eius
nō erit finis · Sup q̄ Bernñ · dicit · O q̄ gloriosuz ē
regnū illud in q̄ reges ogregati sūt a ouenerūt in
vnū ad laudādū a glorificādū eū q̄ est sup om
nes reges regū a dñs dñantiū · de cuiꝰ splendidis
sīa cōtēplacōe : fulgebūt iusti sic sol in regno pris
eoz hec ille · xi° interrogādo · Cū ei puella interrogat

An vir seu spōsus eiꝰ possit ꝑm legez dimittiꝫ: sig
num ē lasciuie carnalꝭ·vñ Crisoꝰ· sup illud Ma
th̄·19·qꝫs deꝰ diūxit dic̄·Quēadmodū si videas
hominē assidue amicitias medicoꝝ colentē·ex
hoc statim ītelligis qꝫ infirmꝰ est·sic ꝛ cū videaꝭ
siue virū siue mulierē de dimittēdis vxoꝛibꝰ aut
viris legem inꝛogātes·cognosce qꝫ vir ille lasci
uꝰ est ꝛ mulier illa meretrix·hec ille·Bt̄a virgo ñ
inꝛogat angelū quasi lasciua nec q̄si incredula
de oraculo·ꝫ quasi admirās de ꝓdigio·cū in euā
gelio dicit·Quo fiet istud·ꝛ·l·qꝫ sim mē ꝛ virgo·
Sup quo Amb̄·dic̄·Nō dubitauit de effectū·ꝫ q̄li
tatē effectus q̄siuit·Nō em̄ dubitat eē faciēdū qđ
quō fieri possit inq̄rit·hec ille·Sic ꝟortata ꝛ bñ
ꝑmeditata inꝛogat·¶ 32° reuocādo·Cū ei puel
la wuet ꝺ ꝓpetuaꝫ v̄ginitatē·postea cōsētit i cō
iugiū viri: signū est instabilitatis homi ꝓpositi et
coꝛdis ad virū lubricę aīositatis·qm̄ mulieꝛ fuit
inconstātes ꝛ eaꝫ voluntas momētanea dꝛ·ut·Esi
minoꝛ se·ma·di·l·penultia·Et·Esi aduersus ven
·l·i·Bt̄a virgo nunq̄ mutauit ꝓpositū v̄ginitatiꝭ
iō in euāgelio dicit·Qm̄ virū nō cognosco·Sup
quo Berñ·dic̄·Cū sciat dñs meꝰ·testis conscīe
mee·votū eē ancille sue·nō cognoscē viꝫ·qua le
ge·quo ordie placebit ei ut fiat istud·ꝛ·Sz si opoꝛ
tuerit me frāgere votū ut pariaꝫ talem filiū·gau
deo de filio·ꝛ doleo de ꝓposito·Fiat tñ eius voluꝫ
tas·Sim vero virgo ꝺcipiaꝫ·v̄go ꝛ pariā·qđ vti
q̄ si placuerit ei: impossibile nō erit·tūc scio vere
q̄ ꝛ̄sperit hūilitatē ancille sue·hec ille·Et ut hēt
2A·q·2·Ybt̄a maria aīc̄·Aug̃ꝰ·dicit sic·Bt̄a maiā
ꝓposuit se ꝺseruaturā votū v̄ginitatis in coꝛde·ꝫ
ipsū votū v̄ginitatis non exp̄ssit ore·Subiecit se
ꝺme disposicōmi·dū ꝓposuit se pseueraturā v̄gi
nem: misi deꝰ aliꝭ ei reuelaret·Cōmittēs ergo vir
ginitatē suā ꝺme dispositōmi·ꝺsēsit in carnalē co
pulaꝫ·nō illaꝫ appetēdo·ꝫ ꝺme inspiracōmi intro
q̄ obediēdo·postea vero filiū genuit ꝛ qđ coꝛde
cōcepat simꝭ cū viro labijs exp̄ssit: ꝛ vsq̄ in v̄gi
nitate pmānsit·hec ibi aīc̄·¶ 33° obseruādo·Cū em̄
puella obseruat cū viro suo castitatē ꝛ ex alio q̄
viro ꝓprio suscipit plus fecūditatez: signū ē adul
terij ꝛ lasciue carnalitatis Leuit̄·20·ca° Si mecha
tus q̄s fuerit cū vxoꝛe alterius ꝛ adulteriū ꝑpetrā
uerit cū ꝺiuge ꝓximi sui: morte moriaꝭ et mechꝰ
ꝛ mecha siue adultera·Sāguis eoꝝ sit sup eos Et
ꝺeut̄·22·ca° Si dormierit vir cū vxoꝛe alterius vꝭ
q̄ moriet̄ ꝛ adult̄ ꝛ adultera: ꝛ auferes malū de
isrl̄·Ybt̄a v̄go ꝺcepit xp̄m nō ex Joseph spōso suo
nec ex alio viro·ꝫ ex spūsancto·iō i euāgelio dꝛ·
Spūssanctꝰ supueniet in te·Sup quo Berñ·dic̄·
Nō ideo simplicit̄ dixit veniet i te·ꝫ addidit sup
q̄ ꝛ ꝑus quidē in ea fuit p multā graciā·sed nūc
supuenire nūciatur·ꝓpter abundāciā gīe plei
tudinē: quā effusurꝰ est sup eā·Et p̄ quidē grā
eiꝰ tm̄ repleuerat mētē·sequēs vero eciā ventrem
pfundē debz·q̄tinꝰ plenitudo ꝺimitatis que añ in
illa fic̄ et i multis sāctoꝝ spūalit̄ hītabat: coꝛpa
liter eciā in ipsa hītare incipiat·hec ille·¶ 34° ex
probrādo·Cum ei puella ꝑtendit sc̄itatem et ꝛ̄li
gionez exteꝝ ꝛ sub hōc vēlo p̄tat se tute cū hoi
mibꝰ ꝺuersari posse·ꝛ hac confidētia formicaꝭ cuz
aliquo tūc grauia scādala insurgūt adūsus eā·
Vñ Augꝰ·de cohītacōe clericoꝝ ꝛ mulieꝝ·dicit
sic·Grauē inimicū sortita est castitaꝭ·cui nō solū
resistendū·ꝫ dimisso freno lōgius fugiendum·
Nec eo minꝰ femine timēde sūt·qꝫ religiose vidēt·
Nā quāto religiosioꝛes: tāto citiꝰ alliciunt ꝛ sub
p̄texu pietatis latet viscꝰ libidinose p̄uitatis·
Expto crede: coꝝ deo ñ mētioꝛ·Cedros libani·du
ces gregū: sb̄ hac peste cecidisse reppi·hec ille·Be
ata v̄go sc̄itatem quā exteriꝰ exhibuit: ecia īteꝛ
us ꝛtinuit: ut neminē vnq̄ ad libidiez ꝺcitaueit
ymo ꝺcupie stimulos suo aspectū ab aliꝭs effuga
uerit·iō in euāgelio dꝛ·Et virtus altissimi obum
brabit tibi·Sup quo Berñ·dicit Quid ē v̄tus al
tissimi obumbrabit tibi·ꝛ Qui p̄ōt capere capiat·
Quis ei excepta fortassis illa q̄ hoc sola felicissimē
in se meruit experiri·intellectu capere·rōne discernē
possit·q̄liter spūs sēdoꝛ ille inaccessibilis: v̄gineis se
se infudeit viscerib⁹ ꝛ ut illa qđ inaccessibile ē: ac
cedere ad se ferre potuissꝫ·de portiūcula eiusdem
coꝛpis cui se animare cōtēpauerit: reliquę massę
obūbraculū fecerit·ꝛ Et ꝓpter hoc forte dictū ē·ob
umbrabit tibi·qꝫ res mirꝫ in sacramēto erat·et
qđ sola p se trinitas in sola ꝛ cū sola v̄gine vo lu
it operari·soli datū est noscē: cui soli datuz est ex
periri·dicaꝭ ergo spūssanctꝰ superueniet i te·qui
vticq̄ fecūdabit te sua potentia·Et v̄tus altissimi
obumbrabit tibi·hoc ē illū modū quo de spūsā
cto ꝺcipies·dei v̄tus ꝛ dei sapia xp̄s sicut i suo se
cretissimo ꝺfilio obūbrādo ꝺtegeꝭ ꝛ ocultabit·
q̄tinꝰ ꝛ sibi notus hēatur ꝛ tibi·Ac si angelꝰ ꝛ̄spō
deat ad v̄ginez·Quid a me ꝛ̄q̄ris: qđ ī te moꝝ ex
pieris·ꝛ scies·scies ꝛ felicit̄ scies·ꝫ illo doctoꝛe q̄ ꝛ
actoꝛe·Ego autē missus fū nunciare v̄ginalez cō
ceptū: nō donare·Nō p̄ōt doceri misi a donāte·nec
p̄ōt disci: misi a suscipiēte·hec ille·¶ 35° violando
Cū em̄ puella sub nomīe mūs spūalis assumit
sibi aliquē adolescētem i filiū spūalem: signū est
lasciuie carnalꝭ·vñ Jheroꝰ·ad rusticū mōchum
dicit·Noui ego quasdā iā matuloꝛis etatis ꝛ ple
raspq̄ geneis libtim: adolescētib⁹ delectari·ꝛ filios
q̄rere spūales·paulatiq̄ pudoꝛe supato·per ficta
matrū noīa·erūpere i licētiā maritalē·hec ille·Be
ata v̄go hanc infamiā euasit·q̄ vero mūs noie·
nō de filio ficto spūali·sed de spūsancto filiuz dei
ꝺcepit·iō in euāgelio dꝛ·qđ em̄ ex te nascēt scm̄·
Sup quo Berñ·dicit·Attēde queso: q̄ diligēter ꝛ
q̄ reuerēt̄ dixerit·Qđ nascēt ex te sāctū·Vt q̄d ei
ita simplicit̄ dixit sāctū: ꝛ absq̄ additamēto·ꝛ Cre
do q̄ nō hūit quid ꝓprie q̄due digne noiaret il
lud eximiū·illud magnificū·illud ꝛuerēdū qđ de
purissima v̄ginis carne cū sua aīa vnico p̄ri erat
vniendū·Si diceret·sancta caro·vel sanctꝰ hō·Et
sanctꝰ infans: quicq̄d tale ponerz parū sibi dixiꝭ
se videret̄·Posuit ergo indefinite scm̄·q̄ q̄cq̄d ta
le illud sit qđ genuit v̄go·scm̄ ꝑ dubio ꝛ singu
larit̄ sanctū sit: per spūs sāctificacōez ꝛ per verbi
assumpcōem·hec ille·In hoc apparuit sanctitas

maria btē virgis ℣ 36° assimulādo. Cū ei puella genuit filiū oio dissimilē pri a similē alieo a extē neo signū ē formicacois a adulterij. vñ. b. Jhero. in qstioib⁹ sup Geñ. refert q q̄daz mulier suspi cōe adulterij erat pumēda. q pulchritimū pepat puer. vtq penti dissimilē pptēa Geñ. 7. c°. dicit Adaz genuit filiū Seth ad similitudiez a p̄ gimē fuā. Btā virgo gēuit filiū: vita. moribꝫ. sapia. a vtute dissimilē hoibꝫ carnalibz a similē deo pri. iō in euāgelio 8r. Vocabit filiꝫ dei. Sup q̄ Bern. dicit. Nō solū q̄ de sinu p̄is in vteru tuū veniens obūbrabit tibi. ß ecīa id qđ de tua sba sociabit sibi. ex hoc iā vocabit filiꝫ dei quēadmodū a is q̄ a p̄e ē añ secula genitus. tuus qđ mō ꝓputabit filius dei. Sic aūt a qđ ex ipō natū est erit tuū a qđ ex te nascēt erit eius: ut tñ ñ sint duo filij. ß vnꝫ licz q̄dē aliꝫ ex te a ex illo sit iā ñ tñ eꝫ qđ suꝫ filiꝫ ß vnꝫ vtusq erit filiꝫ. Jō qđ qđ nascēt ex te sāctū vocabit filiꝫ dei. hec ille. Jdē em̄ sup positū ē filius vtriusq. ℣ 37° cōcipiendo. Cū em̄ puella genuelt filiū matū ex legittimo mīmonio ēd dit infamꝫ a suis q̄si talis filiꝫ nō sit de stirpe a pgenie ipsoꝝ Vñ Jheroꝫ. in epla ad Ruffinū dicit. Sicut boī filij adulteroꝝ nulla est defēsio adulterij. sic mali filij cōiugatoꝝ nullū crimen est adulterij. q nō in semibz. ß i voluītate nascētis causa vicīoꝝ ē atz vtutū. hec ille. Btā virgo de tribu Juda erorta. cōceptuz Elizabeth q̄ erat de tribu Leui ab āgelo ē edocta a valde gauisa ē: audiēs tā bonū filium. s. Jobem baptistā. nō naturali potēcia cū essz mater eiꝫ senex. nec ex adulterio cū essz sterilꝫ. ß diuina p̄euīti grā iam fere pgenitū. Jō i euāgelio 8r. Et ecce Elizabeth cog. tua a ip. oci. fi. in se. fua a Bimen. est sextꝫ illi q̄ vocit sterilꝫ 8r. Sup q̄ Bern. dic Jdo sterilis cognate cēptꝫ vgin nūciatur. ut dū mīa cului miracło addit. gaudiuz gaudio cumuletur. Porro necē erat nō modico leticie a amoris p̄uemēte inflāmari mēdio q̄ filiū p̄ne dilectionis cū gaudio scispūs mox erat ceptura ac̄. ℣ 38° delectādo. Cū em̄ puella magis delcātur i oñsione pulchritudinis corpis a ornatꝫ. ā i omēdatiōe horū potiꝫ q̄ de hōestate a cōtinēcia: signum est lasciuie carnal. vñ Jhero. in epla ad mīrem a filiuz dicit. de industria dissuta sit tunica: ut aliquid intus appareat. Opitur qđ fedū est a aperitur qđ formosū est. Crispāti cingulo angustū pectꝫ artatur. capilli in frontē vel i aures defluunt. palliolū iterdū cādit. ut cādidos nudet hūeros a q̄si videri noluerit: celat festine qđ deteexerat volēs. Aliud pollicet. aliud oñdit. Lingua psonat castitatē a totū corpꝫ pfert impudicicīā. Vir ē ita turpis semo ofecta q̄ nō gaudeat a litēter audiat si dicat eē pulchrē. delectāt castas ecīa p̄cia forme. hec ille. Btā virgo nesciebat se pulchrā. negligebat forme bonū a pcēdes in publicū. nō pectus a colla denudabat. nec pallio denudato ceruicez apiebat. ß facīē occultabat vir vno oculo q̄ vie neccarius erat patētē pficiscebat. nō alta de se sapiebat. ß vilē. paupem. abiectam se cogitabat a cū tā magnifica āgelꝫ ei ꝓmitteret: dīne disposicōi omittebat. iō in euāgelio 8r. qm̄ nō erit impos. a. de. om. verbū. Sup q̄ Bern. dicit. Vide ne hec tā magnifica q̄ ab āgelo audis p̄nūciata ab ipō despes pficiēda. A quo si q̄is ipsū āgelū audi. q nō erit impos. a. deū oē verbū. Tāq̄ si diceret. Hec q̄ ego tā fidenter ꝓmitto. nō de mea ß de illius q̄ mīsit me vtute p̄sumo. q nō est im. a. deū oē verbū. hec ille ac̄. ℣ 39° mobediēdo. Cuz em̄ puella fuerit mobediēs viro suo alijs āt obediēs signū est pudicatie a lasciuie carnal. Nā cōtumelia virū est vxoꝝ mobediēs. Vñ i puerbijs pHoz 8r. Socrates cū quidā ex eiꝫ doctrina meriti disci puli ad eū descēderēt. rogātes ut aliqđ p̄ceptum ordināde suscipent vite. in suū eos diuersorium fecit secū venire. vxorē q̄z suaz Xātipem in superioribus ostitutā vocauit: iussitq̄ vasa oleo a melle plēa ut eicēt. Admirātibꝫ q̄ discipuli ait. Si hāc in domibz vīs rerū ptātem habueritis: būdictā vitam disponetis. hec ibi. Btā vgo tā prudēs q̄ hūilis. aput coꝝ fidei. labia cōfessiom. viscēa creatoi. dicēs illud qđ in euāgelio lētur. Ecce ācilla dñi. Sup quo Bern. dicit. Semp solz eē grē dme familiaris virtus hūilitatis. deꝫ em̄ sup bis resistit. hūilibꝫ autē dat grām. Humilitas mīdeat ut sedes grē prepetur. Ecce inquit ancilla dñi. Que est hec tā sublimis hūilitas q̄ celere nō novit honoribꝫ. insolescē gloria nescit. Mater dei eligit a ācillam se nominat. Nō magnum est eē hūilem in abiectōe magna proiectus a rara virtus: hūilitas honorata ℣ 40. allicīēdo. Cū em̄ puelle aliqđ magnuz allectiue ꝓmittitur a post ofensum deceptur: infamis efficitur. Nā prudēs cōsideracō id querit qđ potest inueīri. id discit qđ pōt sciri. id optat qđ optari cotā ōmibꝫ pōt. nec altiori rei se īgerit in qua sibi mox descēdendum sit. Vñ Sen. li° de copia verboꝝ dicit. Prudētis ē examinare ofilia a non facili credulitati ad falsa plabi. de dubijs nō diffimias. ß suspensā tene sētentiaz nihil affirmās. Si prudēs eē cupis in futura prospēm intēde a ōmia que possunt otingere: animo tuo ppone. Nihil tibi subitū. ß totuz añ cōspicies. Prudens fallere nō vult. falli nō poterit. hec ille. Btā virgo prudētissimo ofilio fidem verbis āgeli prebuit q̄ in nullo temere decepta ofēsum exhibuit cū in euāgelio dicit. Fiat mihi fm verbuz tuum. Sup q̄ Bern. dicit. Verbum qđ erat in pncipio apd deū. fiat caro de carne mea fm verbuz tuum. Fiat obsecro m verbum nō prolatū qđ ptrāseat ß ceptū qđ permāeat. carne videlicz indutū nō aere. Fiat mihi nō tamē audibile auribꝫ sed visibile oculis. palpabile manibꝫ. gestabile humeris. Fiat mihi nō verbum scriptum a mutuz. sed incarnatum a viuum. Nolo ut fiat mihi ā dēdamatorie predicatū. aut figuraliter significatum aut ymaginatorie sommatū. sed silenter inspirātum psonaliter incarnatū. corpaliter inuisceratū. Verbum quod in se nō poterat fieri nec indigebat. dignetur in me a mihi fieri scdm verbuz tuum. Fiat quidē generaliter oīm mūdo. sed specialiter fiat mihi fm verbū tuū. hec ille. Et sic pz ac̄.

Secūdo declarat eadē ꝯclusio testi° legis Apostolice q hoc q̄druplicit. ¶ p° btūs Petr⁹ p. epl'a p. ca° dicit sic. De salute aiarū vestrarū exq̄ sierūt atq; scrutati sūt pphe. qui de futura in vob grā pphetauerūt: scrutātes q̄s vel q̄le tēpus sig̃ficaret in eis spūs xp̄i: quib⁹ reuelatū est. qz nō sibi ipsis. vobis autē ministrabāt ea q̄ nūc nūciata sunt vobis. per eos q̄ euāgelisauerūt vob. spūsancto de celo misso: in quē desiderāt angeli pspicere. hec ille. Hec aūt g̃tia est gra incarnacōis filij dei de quo paulo infra dic. p cognitū quidē aī ostitu cōem mūdi. manifestati autē nouissimis tēpibz pter vos ac. De hac autē incarnacōe verbi per vginē multa p̄dixerūt pphete ut p̄tz supra. ¶ 2° Paulus Gal. 4. ca° dicit. At vbi venit plenitudo tēporis misit de⁹ filiuz suū natū ex muliere factū sub lege. ut eos q̄ sub lege erāt redimeret. ut adopcionez filioz recipem⁹. hec ille. ¶ 3° btūs Jacob⁹ in epl'a. 1° ca. dicit. Patiētes igit estote frēs vsq; ad aduentū dñi. Ecce agricola expectat p̄ciosum fructū terre: pacient⁹ ferēs. donec accipiat tēporaneū a serotinū. hec ille. Isti agricole fuerūt p̄res veteris testamti. q̄ expectabāt Messiā p̄cōsū fructuz terre vteri vginal' p̄s. Etem dñs dabit benignitatē a tra nra. vbi virgo dabit fructū suū. scilicet filū xp̄m Luc. p. Bñdict⁹ fruct⁹ vētris tui. ¶ 4° Joh. Apoc. 12. ca°. Signū magnū apparuit i celo. Mulier amicta sole a luna sb pedib⁹ ei⁹ a i capite ei⁹ corona stellarū duodecī. a in vtero hns a pepit filiū masculū qui rector eat oēs gentes. hec ille. Sup quo verbo Bern⁹ in sermōe dicit. Nimiū beata vgo ea mulier ē q̄ xp̄m velut altez solem induit sibi. ut quēadmodū ille sup bonos a malos indifferenter oritur. sic ipa q̄q; nō discutit merita. sed oīb⁹ se exoabilem: ōmbus demētissimā p̄bet. ōmium demiq; necitates amplissimo q̄dā miserat affectu. Nā a defect⁹ ōmis sub ea ē a quicq̄d fragilitatis seu corrupcōis ē: excellētissima q̄dam sublimitate excedit. Supgredit btā virgo creaturas ōnes. ut merito sb pedib⁹ eius luna eē credatur hec ille. Corona. 12. stellaz fulget in capite ei⁹. propter. 12. p̄rogatiuas gr̄e singularis in ea. s. Regali generacōe. qz ex regib⁹ est orta. Angelica salutacōe. qz reuerēter est ab āgelo salutata. Spūssancti fupuencōe. qz de spūsancto concepit. Filij dei cōcepcōe. qz verbū dei tēporaliter concepit. Virginitatis illibacōe. qz vgo illibata pmānsit. Fecūda sīne corrupcōe. qz nescies mat virgo virū peperit. Saluatorē mūdi. Gravida sine g̃uacōe. qz genuit sine dolore ihesū xp̄m. Puerpa sine figilli fractiōe. qz tang⁹ sponsus p̄cessit de thalamo suo. discreta in locucōe. qz septē verba locuta ē. duo ad angelū. terciū ad Elizabeth. qrtum ad deū mag̃ficād. qntum ad filiū in nupcijs. sextum ad ministros nuptiarū. septimū ad filiū ipsū in templo q̄rendo. Manfueta hūliacōe. qz exercuit hūlitatē ancille fue. Fidei deuotiōe. qz btā q̄ credidit dño. Martiriū perpessiōe. qz tuā ipsi⁹ aiaz ptransiuit gladi⁹. Cū em xp̄s in cruce fuisset mortu⁹: miles quidā lancea latus ei⁹ perforauit: a cōtinuo exiuit sāguis aq̄ Jn hac transfixiōe xp̄s nō sustinuit pēnā. sed hec pena fuit soli⁹ btē virginis. q̄ tā vehemens in corde vginis fuit etiā sēsibiliter citra mortē. quāta fuisset in xp̄o corpaliter si fupuiriss⁹. pre mimo dolore ipsā illico obijsse credēdum ē: nisi dīno miraculo a verbo xp̄i ad eaz q̄ dixit. Mulier ecce filius tu⁹. p̄seruata fuiss⁹: ut fides xp̄i in mētibus apostolorum per eam confirmaretur.

Tercō declaratur eadē ꝯclusio testi° legis Canonice. Sciendū q̄ btā vgo hodie fecit q̄tuor citer naturā hūanam: cui inuenit gratiaz apud deū. ¶ p° naturā hūanaz cū natura deitatis copulauit. Est ei q̄dā mirimoniū spūale inter rectorē spūalē a eccīaz. A. q. 1. ca° Sicut vir nō dz ad ulteraē vxorem suā ita nec eps eccliā suaz. vt dlam⁹ dimittat: ad quā ꝯsecr̄atus ē. Epm em oportz opportune a importune atz sine intermissiōe eccīaz suaz docēre. eāq; prudēter regere a amaē. ut a vicijs se abstineat a salutē cōsequi possit eternā. a illa cū tāta reuerētia ei⁹ doctrinā debet fuscipē. eū q; amare a diligē: ut legatū dei a preconē veritatis. hec ibi. Ex de trāslacōe. ca° inter spūalia. Sz mirimoniū inter naturā dīnaz a hūanaz in vtero vginis ē maioris excellētie. dignitatis. reuerētie: a sanctitatis. cum natura dīna a hūana eidē copulata sint sānctiora. Est em quoddā mirimoniū spūale inter deuz a animā fidelē. 2. A. q. 1. ca° nupciarū. Et sic. Cristi cōiugiū dicūtur eligē: q̄ cristiana scītate nō nubūt. Ipsū em hūnt nō carnaliter. sed spūaliter viruz: cui eccīa ipsa cui⁹ mēbra sūt ꝯiunx ē. q̄ fidei spei a caritatis integritate: tō virgo est de q̄b⁹ Apls dic. Aptaui vos vni viro vgines casta exhibē cristo. hec ibi. Sz anīa cristi quā in vtero vginis i natura hūana fuscepit a sibi despōsauit fuit sanctior quacūq; anīa fideli. qz p ipsā natura hūana fuit cōiuncta suo pncipio. Tunc em vnūq⁸q; perfectū est. qñ finis ꝯiungitur suo pncipio. vñ dist. 3. 1. ca° Ab exordio. dr sic. post q̄ crist⁹ venit i fine tēporū. o. ad. a. reduxit. vel extremitatē ētrexit ad pncipiū. hec ibi. Ruia. o. q̄s est grece. y. vltima litteā. a. naturā hūanaz que ē vltima creaturaz. Gen. p. ca° copulauit in seipso cū natura dīna: q̄ ē pncipiū ōmiū rerū. sicut. a. ē principiū lītarum Apocalip. p. ca° Ego sū alpha a. o. pm⁹ a nouissimus. Ista autē reductō nature hūane ad dīnaz fuit facta in vtero vginis. Ruia dist. 15. ca° nasci. dicit sic. Ipe crist⁹ est dei vtus a dei sapia que i vtero vgins male edificauit sibi domū. hec ibi. Ecc. 24. ca°. Qui creauit me requieuit in tab. meo. ¶ 2° nos sua caritate in dei filios adoptauit. Nā vbi pbat matrimoniū ee legittimuz: filij ex illo mrimōio nati legittimi iudicātur. Ex q̄ filij sunt legittimi. ca° p venerabilē. Illos em qui fuerūt aī istud mrimōium in lege nature a mopsi bñ viuētes: per istud mrimoniū seqns legittimauit ad hereditatē celi. qz mrimoniū seqns legittimat filios. Extra q̄ filij sūt legittimi. ca° tāta. Etiā si mrimoniū nō fuerit in facie eccie ctractū. Ibid ca° p tuas. Sed natura hūana fuit dīnitati mrimonialit copulata in vrgine ut eem⁹ filij dei legittimi. Joh. p. ca. Dedit

eis ptãtem filios dei fieĩ q̃ ex deo nati sũt. Cuius rõem assignat dicẽs. Et verbũ caro factũ ẽa hĩta uit ĩm nobís. a nos ĩm eo manẽtes. ℣ 3° nos lectõe fidei a veritatis ĩformauit .s. ĩ hoc q̃ caute q̃si uit de modo veritatis dicẽs. Quo fiet istud. Vñ glõ. sup hoc dicit. q̃ licz ĩkrogarz nõ tñ dubitauit de verbís angeli. ꝑ de modo quo posſz fieri ut sint due ptes. s. quo modo. q̃ de modo dubitauit nõ de facto. q̃ꝑ ꝓfuerat castitatẽ vouẽ a v̇ginitatẽ obseruare mſi de⁹ aliꝯ reuelaret. iõ cõtrarit mũ moniũ deo reuelãte. ſſaz ĩ õĩ voto ĩtelligiꝯ excepta auctoritas supioris maiestatis Extra de iure iurãdo. ca°. Vemẽtes. Similiꝯ ĩtelligiꝯ si res ĩ eo dẽ statu pmãet. 22. q. 2. ca. si q̃s. Et. ff. de soluci omib⁹. l. cuz quis. Et si tibi seruaꝯ fides. Eꝫ de iure iurãdo. ca° puemit. Et alie ꝺdicões honeste a posſibiles. Ibidẽ ca° quẽadmod. Et alie geneãles ut si de⁹ voluerit si potero. speciales aũt nõ explorãtur. 32. q. 8. ca° nõ solũ. ĩ glõ. Ex hís ptz q̃ verũ fuit mrimoniũ ĩter Mariã a Joseph vtroq̃ tñ ĩ v̇ginitate pmanẽte. 2Λ. q. 2. ca° p°. Nec xp̃s omendando btãm virgiez Joh̃i. ut hẽtur Joh. 19. ca. facit diuorciũ ĩter ipsã a Joseph. Vñ btũs Amb. ut hẽtur. 2Λ. q. 2. ca° qđ autẽ. dicit sic. Joseph nũ q̃ꝑ ognouit eã. ſſã si vir iust⁹ eam ognouisſz nũ q̃ꝑ a se discedere passus fuisſz. ſſec dñs q̃ vxorem p̃cepat a viro nõ discedẽ mſi causa fornicacõmſ omendãs eã discipulo: auctor diuorcij fuisſz. Ec ce cõmẽdatio marie Johãm a detractio Joseph negaꝯ fuisse diuorciũ. q̃ Joseph nõ ognouerat eaz. hec ibi. Vtrũ autẽ btã virgo pt⁹ hanc cõmẽ dacõem pmãserit cũ viro suo Joseph. dico q̃ nõ ꝑ cũ aplis. Vñ Jhero⁹. ĩ ſmone cogitis me. q̃c. dicit sic. Ceterũ ad exemplũ hũane vite ꝺuersacio ei⁹ cũ apostol' fuit quousq̃ dispgerẽtur sicut Lucas ĩnuit dicẽs. Ipſi oẽs erãt cum maria mre eius a frĩbus ei⁹. Cõuersaꝯ cũ testib⁹ resurrectionis a ipsa testis. ꝺuersaꝯ cũ senatorib⁹ celi ĩfra curiã padisi. sub spũssancti disciplia a magisteio toti⁹ ẽme maiestatis. hec ille. ℣ 4° nos ad v̇tutez stabilitatis amãuit. s. ĩ eo q̃ pt⁹ q̃ꝑ oẽs discipuli fugerũt Mar. 14. ca° Tũc stabat iuxta crucẽ ihe su mater ei⁹ Joh. 19. ca° Vñ Crisо⁹. ĩ ſmone de passiõe xp̃i dicit sic. In passiõe xp̃i duo videbãtur altaria. Vnũ ĩ pectore marie. aliud ĩ cristi corpe. Xp̃s carnẽ. Maria ymolabat amaz. Optabat quidẽ ipsa ad sãguinez aie: carnis sue ad dere sanguinẽ a eleuatis ĩ cruce manib⁹ cũ filio suo sacrificiũ vespertinuz a cũ dño ihesu corporali morte redẽp cõmis nre ꝺsũmare mſteriũ. Sed hoc soli⁹ fũm sacerdotis erat p̃uilegiũ ut de sanguĩe suo viu⁹ ĩ scã ĩferrz. ſſec poterat hec ꝺsors esse cũ aliquo dignitas. iõ ĩ repacõe hoĩs nulli⁹ angeli nulli hoĩm eẽ potuit cũ eo cois auctoritas Coopabaꝯ tñ plurimũ ꝼm modũ suũ ad ꝓpician8 deũ. ille mris affect⁹ q̃ maꝯ peterz. filiꝯ pbaẽt. pĩ donaret. diligebat pr̃ filiũ a filiꝯ pr̃em. maꝯ vẽo pt⁹ vtrũq̃ ardebat. simlq̃ ꝺplectebanꝯ caritas a homitas. mre supplicãte. filio ĩkpellãte. pr̃e ꝓpitiã te. ſſiliꝯ ad pect⁹ a vbera mũs. pr̃ ad crucẽ a vulnera xp̃i respiciebat. hec ille. Eius itaq̃ exẽplo p seuerãtia est nob neccãria vsq̃ ad finẽ tribulacõnum fulſtmẽdo. Λ. q. p̃. ca° suggestũ. Et sic patz aĉ

